

DISPUTATIO IURIDICA ¹⁷
De

16

Usucapionibus five

longi temporis præscri- 1622, 7
ptionibus.

Quam

DEO ter optimo, ter maximo Directore

CONSENSU

Amplissima Juridica Facultatis

SUB RRÆSIDIO

WILHELMI SCHMUCK,

Philos. & I. U. D. Prof. publ.

Publica disquisitioni subijcit

MARCUS Weß Junior Coburgo Francus.

Ad diem VI. Februarij.

In auditorio Petrino



L I P S I Æ

EXCUDEBAT JOHANN Glück.

M. DC. XXII.

Handwritten signature or mark

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE
MADE IN GREAT BRITAIN
BY THE
WILLIAMS & WILKINS
PRINTING OFFICE
LONDON
1851
EXHIBIT 10000
M. DC. XXII

10000





D. O. M. A.

T H E S I S I.

Rerum (a) dominia (b) acquirimus aut Jure gentium, (c) aut Jure Civili: (d) Omisiss autem modis de Jure Gentium, (e) ex ijs, quæ sunt Juris Civilis (f) in disputationem hac vice vocamus usucapionem.

(a) *Quæ sunt duplices aut corporales aut incorporales pr. Inst. d. reb. corp. & incorp. l. summa 1. §. quedam 1. d. R. D. §. tam autem corporales 2 1. Inst. d. legat. Ulpian. in Frag. tit. 19. §. in Jure de Legat. §. sinendi Donell. lib. 5. comm. cap. 1. Rursus hæc aut sunt in nostro patrimonio, aut extra patrimonium, pr. Inst. d. R. D. sive aut sunt divini Juris, aut Juris humani, l. summa 1. in pr. ff. eod. Donell. lib. 4. Comm. cap. 1. Conan. 3. com. cap. 1. numer. 1. Schneidvv. ad d. pr. Inst. d. R. D. num. 4. Harprecht. ad pr. Inst. d. reb. corp. & incorp. numer. 1. Borchold. ad d. pr. Inst. d. R. D. Petr. Gregor. lib. 1. Syntag. Jur. cap. 1. numer. 3. & Vult. ad d. pr.*

(b) *§. singulorum n. d. R. D. & ibid. Dd. §. f. Inst. d. Us. & hab. cat. l. quorundam. 1. in pr. d. A. R. D.*

(c) *Varij ab autoribus de hoc Jure constituuntur modi: quidam enim faciunt quatuor, Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. 70. Goedd. ad l. rei appellatione 23. d. V. S. num. 4. Donell. lib. 4. Comment. cap. 7. quidam verò septem quidam duodecim, Gi-phan. & Harpr. ad. §. singulorum num. 11. quidam 14. quidam 23. quidam tandem plures, quidam pauciores. Theoph. in pr. Inst. d. reb. corp. & incorp. §. ult. Inst. per quas pers. Cont. lib. 1. Disp. Jur. Civil. cap. 12. Obrecht. in Disputat. d. dom. & mod. acquir. nat. thes. §. 3. VVesemb. Vult. Anton. Matth. & alij in d. §. singulorum, Inprimis verò Harprecht. d. l. & Schneidvv. ad h. §. singulorum.*

A 2

Ad quos

Ad quos reconciliandos nunc nostrum non est propositum, sed aliis hoc relinquimus.

(d) Modi de Jure Civili aut sunt rerum singularium aut sunt universalium: Rerum singularium dantur à quibusdam Dd. quinq; 1. Usucapio. 2. Prescriptio. 3. Donatio. 4. legatum 5. fideicommissum; ex quibus tamen non in commodè ad Usucapionem prescriptio; & ad legatum fidei commissum referri potest. §. pen. Inst. de usu & hab. §. f. per quas person. t. r. Inst. de usucap. & Donat. pr. Inst. d. Legat. §. sed non usq; 3. Instit. eodem. Bocer. Class. 5. Disp. 22. thes. 1. Schneidvv. Borchold. Vult. Mynsing. & alij d. l. rerum autem universalium dantur in jure quatuor. 1. Aditio hereditatis, 2. bonorum possessio. 3. Arrogatio. 4. libertatum conservandarum causa bonorum addictio, §. hactenus fin. Instit. pers. quas per. & ibid. Pac. in not. lit. B. Harprecht. ad d. §. singulorum 11. num. 5. Donell. lib. 5. Comment. cap. 2.

(e) Nobis enim animus hoc tempore non est, omnes hic enarrare modos; imprimis cum multitudo facile confundat homines, & à suis laudatis intentionibus revocet & detineat, §. sed n. q. ex multitudine d. concept. Digestor. §. 1. Novell. 10. collat. 2. tit. 5. Oldendorp. in l. necessarium 2. §. postea aucta 2. d. O. Jur.

(f) In cujus enucleanda & investiganda Origine vehementer se torquent Dd. Quidam enim ascribunt Jurigentium, his utentes rationibus 1. quia & prescriptio meminerunt Biblia sacra, cap. nimir. 30. vers. 15. Numeri. 2. Quia & Plato DEUS ille Philosophorum & secundum Cicer. & Plutarch. in suis Problem. magister intelligende & dicendi, usucapionis apud Græcas magnum usum fuisse, intrepide asserit, lib. 12. d. LL. Cui 3. astipulatur Isocrates Rhetor ille Græcorum clarissimus, qui non solum hæc confirmat, sed ferè iisdem verbis utitur. Hottom. ad pr. Inst. h. r. qui verba græca Platonis in latinum sermonem eleganter transtulit. Petr. Gregor. lib. 40. cap. 1. num. 1. Harprecht. ad d. pr. Instit. h. r. num. 44. Quidam vero Juri Civili propter
has

has rationes: quarum 1. est continuatio titulorum & series me-
thodi, s. hac d. servitutib. ult. Inst. d. us. & habitat. 2. Militant ver-
ba expressa in pr. Inst. d. Usucap. ibi, Jure Civili constitutum.
Accedit 3. autoritas aliorum. Hinc Cicer. pro Cæcin. Fundus,
inquit, à patre relinqui potest, at usucapio fundi, h. c. finis so-
licitudinis ac periculum litium non à patre relinquitur, sed à solis
legibus, Idem in Topic. & lib. 2. d. LL. & lib. 1. Offic. Usucapio-
nem ex l. 12. Tab. ortam esse asserit. Meminit & 4. Horat. lib.
12. Epist. ad Luc. Flor. quondo canit.

Quaedam si credis consultis mancipat usus, Balb. in tract. de
præscript. P. 1. quaest. 4. Hotomann. Marcill. & novissimè Jacob.
Gothofr. ad LL. 12. Tab. Azo in sum. C. pro emt. circa pr. Cujac.
in Parat. C. pro emtore post. pr. Balduin. Giphani. Schneidvv. Ta-
dæus, Pifo, Borchold. & alij ad pr. Inst. h. t. Nos mediam viam
euntes distinguimus inter originem sive principium usucapionis,
& inter ejusdem informationem; atq; ad illud membrum remit-
timus Juri Gentium, ascribentes usucapionem, ad hoc, qui Juris
Civilis esse dicunt, Obrecht. Disput. 26. de usucap. th. 55. & seqq.
Notum enim Jura nostra usucapiones renovasse, in multis plenius
explicasse, in plurimis emendasse, ut constat, per tit. ff. d. usucap.
cum tit. seqq. & ex t. t. Inst. eod. & l. un. C. d. Usucap. transform. Ne-
cessario hinc sequitur, eam & ante Romanos extitisse, alias non
informari potuisset, cum nullius entis nulla sint accidentia, nulla
qualitates, argument. l. non videtur 83. d. R. l. l. 208. eod. Goedd. ad
l. 64. n. 5. d. V. S. & privatio semper præsupponat habitum, argum.
l. manumissiones 4. d. 1. & l. Titio usufructus 96. & ibid. Gothofr. lit.
l. d. condit. & Demonstr. l. decem. 116. & ibid. Gothofr. lit. S. d. V.
O. l. 83. d. R. l. l. 208. eod. Gail. lib. 2. d. pac. publ.

THES. II.

Dicitur autem usucapio ab usu & capiendo: (a) & est
adjectio (b) dominiij (c) per continuationem possessionis,
temporis lege definiti. (d)

A 3

Non

(a) Non enim simplex sed verbum compositum est, l. pignori 13. l. cum solus 29. l. iusto errore 44. §. filius familiars. 4. ff. h. t. l. 1. C. d. Usucap. pro herede, quia per usum l. deniq. 19. l. ait Pretor. 23. §. is autem 1. ex quibus causis major. l. non solum 33. d. l. 44. §. 4. ff. h. t. hoc est per possessionem l. nec utilem 20. ex quibus causis major. l. cum miles 30. ff. eod. rem capimus l. pratoris s. d. damn. infecto. & acquirimus d. l. 19. & 23. ex quibus causis major. l. intestata ult. ff. pro emtore. Hotom. h. t. Inst. enunc. 2. VVesembec. in parat. hinc num. 2. Harprecht. d. pr. num. 3. Idem VVesembec. in Inst. num. 2. Mynsing. ad rubr. Inst. eodem num. 2. Obrecht. d. Disp. thes. 6. Quod enim usus hic possessionem significat, inde apparet, quia in usucapione non usus seu facultatis alicujus utendi, sed possessionis solum habetur ratio, l. usucapio 3. l. sine possessione 25. ff. h. t. & sic quod usucapere dicimus, Juri in eadem significatione dicunt possessione capere, l. non solum 33. §. si dominus 2. l. quamvis 18. h. t. l. ei a quo secundum 21. ff. eod. Donell. 5. Comm. 5. & eleganter. Cujac. qui ante alios hic notandus in parat. C. pro emtor. lib. 7. tit. 26. Obrecht. & Harprecht. d. l. Unde apparet, male scribere Gellium, lib. 7. noct. Attic. cap. 10. interjecta S. Usucapionem, hoc nostrum vocabulum: quia non capimus usum per usucapionem, sed utendo possessione Dominium, d. l. 3. h. t. & usus cum res incorporalis sit, ideo nec capi, nec tradi nec possideri potest. l. servus 43. §. incorporales d. A. R. D. l. possideri d. acquir. possess. l. servitutes 14. d. servitut. Petr. Gregor. Tholosan. lib. 40. cap. 11. num. 4. Syntag. Jur. Nec quicquam facit Gellius suo argumento, a pignoris capione sumto, quia argumentatio a pignoris capione, sunt verba Tholos. d. l. & cap. & num. ad usucapionem claudicat in substantiali differentia, & procedit ut probatio a contrariis & diversis: pignus quippe a pugno, quo capitur & apprehenditur aliquid, dicitur, & corporalis res est, qua tradi & capi potest: Usucapio vero incorporalis: ac proinde proprie nec traditur nec capitur, Borchold. in thes. 2. Disput. hujus mater. argum. 1. fol. (mihi) 163. l. si rem, §. 2. d. pignor. act.

guor adl. Cujac. ad l. 3. h. t. Borchold. & Vult. Inst. d. t. ille num.
2. hic num. 4. Conan. lib. 3. Com. Jur. civil. cap. 11. num. 1. Ho-
tom. pr. Inst. h. t. Cisner. in l. 1. h. t. num. 17.
(b) Sic Modest. in l. usucapio 3. ff. h. t. Harprecht. Obrecht.
Tholosan. d. 1. *Multis autem obtreccionibus hac definitio est*
exposita, dum quidam eam angustiozem suo definito statuunt:
quidam in ea genus non adequatum dicunt; quidam eam non se-
cundum regulas Logicas conscriptam perstringunt: Sed missis il-
lis omnibus, tutissimè inhaeremus verbis J. C. in d. l. 3. ff. h. t.
Rectè autem definitur adjectio. d. l. 3. quia dominium rei acce-
pta non statim in nos transfertur, sed à lege per longum usum &
possessionem continuam pedetentim adjicitur. Vult. Jurispr. Rom.
cap. 71. lib. 1. fol. 382. VVesembec. in parat. h. t. num. 3. Mynsing.
ad rubr. h. t. num. 6. Cont. lib. 1. disput. 10. & 12. Røvard. ad LL.
12. Tab. cap. 17. Turamin. d. ver. subst. possess. cap. 7. numer. 11.
Donell. lib. 5. Comm. cap. 5. Förner. 2. Select. 17. Gøed. ad l. bonæ
fidei 109. d. V. S. num. 1. & 2. Oldendorp. d. Tract. de Usucap. &
prescript. Bocer. class. 5. d. 22. thes. 17. lit. A. *Sic etiam legitur*
adjectio pignorum, que cum autoritate iudicis venduntur l. à Di-
vo Pio. 15. §. si pignora 3. d. Re Judic. sic adjectio bonorum, cum quis
sola principis autoritate pro herede habetur, per t. t. Instir. d. eo cui
libert. caus. Non tamen improbamus vocabulum acquisitionis,
quia acquisitio & adjectio sunt Synonyma, Förner. 2. Select. 17.
tū quia nihil frequentius ac crebrius in Jure accidere solet quàm
autores in eadem re aliis atq; aliis verbis uti, Donell. lib. 5. Comm.
cap. 5. tū quod acquisitio sit genus commune, cum ceteris ac-
quirendi modis, qualem & usucapionem audacter statuimus
Vult. Jurispr. Rom. lib. 5. cap. 71. num. 2. Tholosan. citat. loco n. 5.
Nec displicet adeptio, quod vult Ulpian. in Fragm. t. 20. §. 7. &
adeum Cujac. & in d. l. 3. qui putat, Modestinum in hac lege
emendandum esse ex Ulpiano, cui & suum calculum adjicit Ho-
tom. in Comm. Inst. d. Usucap. Enunc. 1. *Contrarium autem re-*
ctius

Etius probat Anton. Cont. 1. Disp. 10. qui innuit, si ullus locus emendandus sit, Ulpianum potius ex Modestino, quam Modestinum ex Ulpiano emendandum esse, quod & approbat Forner. 2. Select. 17. Sed quid opus emendatione? cum utrumq; & adjectio & adeptio sustineri possit? Adeptio, scilicet respectu effectus, & finis usucapionis: id quod ex ipso vocabulo satis clarescit: Quandoquidem capio est acquisitio, & capere est in suum dominium capere sive acquirere, l. aliud 71. l. sepisse 140. de V. S. l. pratoris 5. de damn. infect. Adjectio verò respectu initij & principij, quia non statim dominium acquirimus, Donell. lib. 5. Comm. cap. 5. Vult. allegat. loco Jurispr. Rom. num. 2. in f. Obrecht. & Harprecht. d. l. ille thes. 25. & 26. hic in pr. Inst. h. t. num. 7.

(c) Dissentit Accurs. in h. l. 3: existimans, usucapionem non esse ipsam dominij adjectionem, sed adjectionis causam, cui contradicit. Cujac. restè ad h. l. 3. ad quod etiam facit l. acquiruntur 10. §. non solum. 2. de A. R. D. l. 17. in f. de Re Iud. l. 19. ex quib. causis majores l. 20. C. d. Pact. pr. Inst. h. t. l. un. C. d. Usucap. transform. Coedd. in suis thesib. hujus Disp. th. 1. lit. e.

(d) Hec ultima verba denotant causam formalem, de qua infra suo loco fusius & commodius.

THES. III.

Sublata (a) verò inter usucapionem & longi temporis præscriptionem, differentia illa de Jure veteri (b) non statim Synonyma sunt dicenda, cum & hodie quoque differant. (c)

(a) l. cum nostri animi un. C. de transfor. usucap. pr. Inst. de usucap. & ibidem Dd. unanimiter

(b) Differabant enim olim tribus potissimum modis:

I. **REBUS** possessis: usucapio enim erat rerum corporalium, l. sine possessione 25. h. t. l. servus 43. d. A. R. D. mobilium & immobilium l. si solum 39. h. t. l. un. C. de transf. usucap. non tamen omnium, sed tantum Italicorum d. l. un. in pr. C. de usucap. transf.

manca

mancipi & nec Mancipi Ulpian. in frag. lib. 19. §. 7. & ibid. Cujac. *prescriptio verò rerum erat immobilium tantum, l. longe Possessionis 3. l. rescriptio 9. de divers. & temp. prescript. in corporalium l. un. C. de except l. si quis 10. si servitus vindicet l. cum talis in fin. C. de servitut. & corporalium in solo provinciali hoc est rerum nec Mancipi, prediorum, Stipendiariorum & tributariorum, pr. Inst. h. t. d. l. un. C. de transf. Usucap. l. 12. §. 2. de Publ. in rem. act.*

2. **TEMPORIS:** *acquirebatur enim olim res mobilis anno ubiq; continuo l. nunquam 31. §. in Usucapionibus 1. h. t. & pr. Inst. h. t. Ulpian. d. l. prescriptio verò absoluebatur longo tempore, 10. nempe vel 20. annis, l. emtor 9. C. d. prescript. long. temp. l. foramen 28. de Servitut. urb. predior. l. si quos 1. l. si aquam 2. l. sicut 13. C. d. servitut. Paul. lib. 5. Sent. cap. 2.*

3. **EFFECTUS;** *ex usucapione enim acquirebatur dominium, l. usucapio 3. h. t. l. traditionibus 20. C. de Pact. Ulpian. d. t. 19. hincq; actio in rem directa competebat, Argum. l. in rem. 23. de rer. vind. l. sunt. & alia 3. de publ. in rem. act. Prescriptione verò rerum provincialium non acquirebatur dominium, sed jus quoddam dominio proximum, quod est possessio plena, & quam in heredem transferebant, Treutl. disput. de usucap. thes. 1. lit. H. cui concordat Cujac. ad l. 4. §. ult. h. t. Donell. 5. Com. 4. per l. si quis 8. C. d. prescript. 30. vel 40. an. Unde actio in rem utilis dabatur, l. si quis advocatus pen. & l. fin. C. de except. & prescript. l. in servorum 2. C. in quibus caus. cess. longi temp. prescript. Donell. d. l. Cujac. ad Frag. Ulpian. d. l. & ad Paul. lib. 5. Sent. 2. & 3. & in parat. C. de Usucap. transf. Cont. 1. Disp. 10. V Vesembec. hic num 11. Giphon. & Harprecht. ad pr. Inst. h. t. num. 246. 247. & 248. Obrecht. d. disp. thes. 266. Bocer allegat. disp. th. 5. & 6.*

(c) *Prescriptio enim dupliciter accipitur, vel Generaliter sive latè vel specialiter, sive strictè illo modo usucapio & prescriptio secundum vulgus & Dd. communiter, est unum & idem: quo sensu & in hac nostra disputatione sumitur: & hoc fit pro-*

B

pter

pter magnam affinitatem & convenientiam, quam invicem hæc
duo habent: Atq; eò respexit Imper. Justinian, in rubr. Instit. de
usucap. & long. temp. præscript. & Dd. cum tractaturi hanc ma-
teriam, inscribant, de usucapionibus & longi temporis præscripti-
onibus, præter d. l. un. C. d. transf. Usucap. Bocer. Donell. & alij d.
l. un. inprim. Johan. Cædd. P. 3. thes. 2 Disp. 5. Hoc verò modo
& specialiter sumto vocabulo omninò est distinguendum à voca-
bulo Usucapionis: quemadmodum enim re usucaptâ, usucapiens
plenum & directum dominium, de quo infra latius, adipiscitur:
sic præscribens tempore non in totum completo contra alium habet
exceptionem præscriptionis. s. ex his itaq; s. vers. & hæc est Inst. per
quas person. Auth. nisi tricennale, ibi possessor. Dominus fit C.
de bon. mater. l. qui alienam. s. 4. de evict. l. 2. C. in quib. caus. cess. long.
temp. præscript. Non enim dominium acquiritur per præscriptio-
nem ipso Jure, sed saltem ope exceptionis, quâ tueri nos possumus
contra verum dominium, l. 5. l. 11. C. de præscrip. long. temp. l. 8. in
pr. de præscrip. 30. vel 40. annor. Cujac. ad l. 4. h. t. circ. fin. & in pa-
rat. C. de præscrip. long. temp. Franc. Hottom. 4. Observat. 2.
Balb. h. t. p. 1. quæst. 8. pr. 1. Donell. lib. 5. Comm. cap. 31. in
fin. Bocer. class. 5. Disp. 22. thes. 33. lit. A. B. & C. Obrecht. d. d.
& th. Hinc rectè præscriptio dicitur & definitur exceptio in l. si
quis advocatus & l. præscriptiones fin. C. d. except. l. qui ad cognitis 11. & l.
Paulus 23. ff. eod. l. prævaricationis 3. s. Nam si reus 1. de prævaricat.
Tholosan. in Syntag. Jur. cap. 1. l. 40. num. 9. in fin. Oldendorp.
dict. Syllog. in rubr. de Significatione usucapionis & præscriptio-
nis num. 30. & 40. fol. 431. Vult. in Jurisp. Rom. cap. 71. lib. 1.
num. 9. & 10. Unde non rectè statuunt, gl. in verb. Usucapiun-
tur, Inst. h. t. Azo in sum. C. h. t. num. 7. & ad d. pr. Schneidvv.
Borchold. & Dd. commun. Gomerz in s. sed istæ num. 8. Inst. de
act. & alij, quod hodiè usucapio mobilia saltem, præscriptio verò
immobilia tantum respiciat. 1. Quia illa differentia sublata
legitur, l. un. C. d. transf. Usucap. pr. Inst. h. t. l. ult. C. de præscrip. long.
temp.

temp. 2. Quia usucapio quoque ad res immobiles transfertur, l. si per errorem 17. l. quamvis 18. l. qui ades 23. l. non solum 33. §. si dominus 2. ff. h. t. l. qui fundum. 7. §. servus 2. pro emt. 3. Quia prescriptio invenitur quoque mobilium l. longa possessionis 3. l. rescriptis 9 de divers. et temporal. prescript. Cisner. ad l. 1. numer. 23. & seqq. h. t. Zang. in t. de except. pag. 3. cap. 8. Covarruv. in cap. possessor. p. 1. §. un. numer. 3. Conan. 3. commen. 14. num. 8. Donell. 5. Comm. cap. 4. Alciat. ad l. 130. de V. S. num. 2.

THESES. IV.

Hinc omnes, qui dominium acquirere ac proinde possidere possunt, res quoque traditas usucapere queunt: (a) Nisi hoc specialiter eis sit ademptum, quod fit vel lege (b) vel natura. (c)

(a) Quia usucapere nihil aliud est, quam rei dominium, per usum & possessionem acquirere ut satis efflorescit ex definitione supr. thes. 2. data lit. a. Obrecht. Disput. de hac mat. thes. 40. 41. Harprecht, ad §. novissimè 10. num. 2. Inst. h. t. Et sine possessione usucapio nunquam procedit l. sine possessione 25. h. t. Unde & Regula illa vulgaris: Non tantum prescriptum, quantum possessum l. non nudus C. d. servitutibus l. praetor ait 1. §. Julianus 5. de itin. act. priv. & ibid. gl. Br. & Dd. communiter. Duar. h. t. cap. 4. Hostiens. in Summ. eod. lib. 2. num. 3. Coedd. part. 3. Disp. 5. thes. 5. lit. a.

(b) Utpotè illis, qui rem precario possident, cap. quia agnovimus 10. quest. 3. qui rem alterius colunt, ut coloni, l. malè igitur 2. C. de prescript. 30. vel 40. annor. qui alieno nomine possident, ut sunt conductores, usufructuarij, cap. clerici 16. quest. 1. c. vigilantia de prescript. §. sed bonae fidei. Inst. per quas person. §. fructuarij Inst. eod. creditores, l. pignori 13. l. nec creditores 19. de pign. act. qui aliquem possessione deiciunt. l. sequitur 4. §. si tu me vi 22. h. t. de quibus infra latius. Tholosan. synt. Jur. univers. lib. 41. cap. 3. v. 2.

(c) Pædius in l. Labeo 8. & Pompon. in l. Ubi lex 24. h. t. Obrecht. d. d. th. 50. 51. & 52. puta, si quis sit deportatus, in insulam dejectus, aut aliqua alia maximâ capitis diminutione laboret, qui

cum non solum civitatem, verum etiam proinde omnia Jura amit-
tat, merito secundum jura nostra nec acquirere, nec possidere ac
proinde nec usucapere potest, §. sed & capitis 4. Inst. quibus mod. tu-
tel finiat. Circa furiosum, qui etiam aliquando naturam impedi-
tur, distinguimus, 1. Furor enim ille, aut est perpetuus l. 7. §. f.
C. de Curat. fur. vel prod l. cum prator. 12. §. non autem 2. de Indic.
& dicitur continuum furoris infortunium, l. cum aliis 6. in pr. C. de
curat. furios. vel prod. morbus perpetuus l. cum furios. 7. C. d. t. Con-
tinua mentis alienatio, intellectione carens, l. Divus Marcus 14.
de off. presid. l. si cum dotem 22. §. item Prator. 9. cum §. seqq. ff. solut. matr.
& talis nequaquam usucapere potest, etiam consentiente tutore
vel curatore, tam propter autoritatem LL. l. in negotiis 5. de R. I.
& l. possessio 1. §. furiosus 1. de acquir. vel amitt. possess. quam propter
sufficientem rationem, Comparatur enim & assimilatur dor-
mienti, qui nec possidere incipere potest, per d. l. 1. §. 3. de acquir.
vel amitt. possess. nec quicquam hic proderit curatoris autoritas,
cum illa adhiberi soleat ad perficiendum illud, quod geritur ab il-
lis; qui mentis sunt integra, quamvis judicio destituantur, argum.
d. l. 5. de R. I. Gædd. alleg. disput. thes. 5. lit. I. Aut habet inter-
valla dilucida, l. furiosum 9. C. qui Testam. fac. poss. l. qui testamento
20. §. nec furiosus 4. ff. eod. Setser. lib. 1. de Juramen. cap. 4. n. 12.
Vult. in pr. Inst. de V. O. num. 30. Gædd. de contrah. stipulat. cap.
7. numer. 14. Niell. Disputat. feud. 2. thes. 4. lit. A. Donell. lib. 12.
com. 27. Gothofr. ad d. l. 6. de curat. furios. in not. lit. N. & his
furor possessioni, ut & usucapioni non nocet, quando scilicet tem-
pore quietis & mente sanam incipit possidere furiosus, & sic conti-
nuat, argument. d. l. 9. C. qui test. fac. poss. 2. distinguo furiosus
aut possidere & usucapere incipit, ante furorem, & salvam adhuc
mente, sic, ut furor, sit saltem quoddam superveniens, & ita usu-
capio antea cepta nullo modo impeditur. per text. express. in l. sequi-
tur 4. §. furiosus 3. & l. justo errore 44. §. cum 6. ff. h. t. & ratio est in
promissis,

promtu, quia novum non est, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt, l. in ambiguis 85. §. 1. de R. I. aut possidere cœpit in ipso furore sive languente animo. l. quod meo 18. §. si in furioso de acquir. vel amitt. poss. l. 44. §. 6. h. t. Et tunc certè eodem modo sese habet, quo furiosus perpetuo; per rationes supr. adductas l. furiosi 1. in pr. de bonor. poss. furios. nobiscum consentiunt, Zasius in l. 1. §. adipiscimur de acquir. possess. & ibid. Ferret. & Gothofr. Tholos. lib. 40. Synt. cap. 3. Donell. 5. com. 8. Gometz lib. 2. resolut. 14. num. 28. Gœdd. d. Disput. 5. thes. 5. lit. I. Dissent. Duar. Accurs. Cifn. & Dd. communiter, qui simpliciter statuunt, furiosum præsentè Curatore usucapere posse.

THESES. V.

Illi qui acquirunt & possident, hoc faciunt vel suo nomine & sibi, vel alieno nomine, & non sibi, sed aliis: Illi vel sunt sui Juris, ut Patres familiæ (a) vel alieni Juris, ut filij familiæ: (b) Hi aut sunt extra potestatem & liberi, aut sunt sub potestate. Qui liberi sunt, vel sunt apertè tales, ut procuratores (c) Institores (d) & monachi; (e) vel latenter, ut servus putativus. (f) Qui verò sunt sub potestate, rursus vel patriam agnoscunt, ut filij filiæve familiæ, (g) vel tutoriam, ut pupilli pupillæve, (h) aut Dominicam, ut servi & quidem veri. (i)

(a) Hi qui usucapere possint, nunquam fuit controversum, per se sequitur 4. §. usucapere 1. ff. h. t. Tholosan. Borchold. Gœdd. & Dd. unanimiter in hac mater. dummodo non alia ex causa prohibeantur, de quo supra thes. 4. lit. D. & E.

(b) Nemini enim ignotum est, filios familiæ in jure triplicia habere bona: profectitia, adventitia & castrensia; que rursus duplicia & verè vel quasi. l. castr. 11. de castrens. pecul. l. peculium ff. de pecul. & Br. ibid. in rubr. vide Juvenal. Satyr. 17. in fin. ac li-

et filius familiās non omnia simul bona possidere ac proinde usucapere possit, non tamen ei prohibita leguntur bona adventitia, castrensia vel quasi castrensia. Hac enim usucapere omnino potest, per l. sequitur 4. §. usucapere 1. ff. h. t. §. igitur 1 cum §. hoc quoque Inst. per quas person. l. 6. C. de bon. qua. liberis. Et in peculio castrensi filius familiās habetur pro patre familiās, l. usq. 2. de Scto Maced. Obrecht. d. Disput. thes. 43. Cujac. d. l. 4. §. 1. Gregor. Tholosan. d. cap. 3. numer. 1. Harprecht. ad citat. §. novissime 10. Instit. hoc tit. num. 2. & 3. Goedd. d. d. & d. th. lit. B.

(c) Licet enim regula sit posita, quod per servum alienum & liberum hominem nostro Juri non subjectum, & sic per personam extraneam nobis nil acquiratur, §. ex his itaq. 5. Inst. per quas person. excipitur tamen personā procuratoris: is enim propter mandatum quod suscipit, nobis possessionem, & per hanc usucapionem, & hoc modo plenum dominium acquirit, d. §. ex his itaq. 5. Instit. per quas person. l. possessio 1. §. per procuratorem 20. l. communis servus 42. §. procurator 11. l. possessio 49. §. ult. de acquir. vel amitt. possess. l. excepta possessionis 1. C. per quas personas. Pac. ad d. §. lit. i. Schneidvvin. ibid. num. 1. & 2. Borchold. V. Veseembec. l. si emtam 47. h. t. Hocq. procedit, si sciamus, secus si ignoremus, nam tunc non procedit usucapio. l. possessio 49. §. etsi possessio de acquir. vel amitt. possess. l. si emtam 47. ff. h. t. l. per liberam personam 1. C. de acquir. & retin. possess. & nihil interest, si ve procurator habeat speciale, si ve generale mandatum, d. l. 1. §. 20. & §. ult. h. t. d. l. 1. C. de acquir. & retinend. possess. Donell. lib. 5. com. cap. 8. Obrecht. de possess. cap. 9. thes. 302. Cujac. in l. 38. §. alteri de V. O. Goedd. d. Disp. 4. th. 4. lit. A. & alij.

(d) Quia eadem militat ratio in Institutoribus, quae in procuratoribus proinde igitur eadem Juris dispositio, l. à Titio 108. de V. O.

(e) Absurdum enim non erit, & hoc de Monacho statuere qui cum potestari Abbatis sit subjectus, & ad similitudinem servorum, nihil proprium habeat, merito omnia monasterio acquirit,

quirit, cap. cum ad monasterium 6. in pr. extr. de stat. Monach. Auth.
in gressi & ibi Gothofr. C. de Episc. & Cleric. Schneidvv. ad d. §. pen.
num. 3. & 4.

(f) Illi enim quas tanquam servos bonâ fide & illorum
libertatem nescientes possidemus, dicuntur servi putativi: & hi
quicquid acquirunt, possident, & inde usucapiunt, illud omne ac-
quirunt suo domino, §. de jis 4. vers. idem placet Inst. per quas person.
non autem diutius, quam maneat dominus in bonâ fide: hoc est,
nisi aliud possessor sciat: expirante enim bonâ fide, expirat & ipsa
acquisitio, nisi cum ipsum per triennium possederit, & ita usuce-
perit, tunc enim dominus legitimè est factus & sic ex omnibus
caussis per eum sibi acquirere licet, sunt verba Imperat. in d. §. de jis
4. vers. idem placet, Inst. per quas person. nob. acquir. & ibidem pulchrè
Harprecht.

(g) A quibm quicquid scilicet ex profectitiis provenit,
parenti cedit; per consequens igitur & ea que usucapiuntur. §.
igitur 1. & §. hoc quoq. 2. Inst. per quas person. l. acquiruntur 10. §. non so-
lum 2. de A. R. D. Ratio est, quia Jus vetus in his incorrectum
mansit, l. cum oportet 6. C. de bon. qua liber. eleganter has de re Schnei-
devvin. ad d. t. per quas person. in pr. num. 5. & seqq. De jure au-
tem veteri, quicquid liberi utriusq. sexus acquirebant, illud pro-
veniebat ad parentes sine ulla distinctione, sunt verb. Imper. in d.
§. igitur 1. Inst. per quas person. Goedd. allegat. disput. thes. 5. lit. E.
Quæ igitur permissa duraverunt, & nulla speciali constitutione
prohibita sunt, meritò & adhuc hodiè permissa intelliguntur, l.
item eorum 6. §. quid si actor. 1. quod cuiusq. univers. nom. & quod non
mutatur, quare stare prohibeatur, l. sancimus 27. C. de testam.

(h) Per tot tit. Instit. de tutel. Pupilli autem & pupilla tri-
plicis sunt potissimum ætatis, 1. meri infantes, 2. infantia pro-
ximi & 3. pubertati proximi. Duobus in modis prioribus di-
vellimus, Jus Digestorum à Jure Codicis, sic ut cum Lasio defen-
damus secundum illud pupillum pupillamvè non possidere sine tu-
toris

toris autoritate & consensu, l. possessio 1. §. furiosus 3. de acquir. vel
amitt. poss. l. quamvis 52. §. infans 2. ff. eodem l. servo invito 65. §. si pu-
pillo 3. ad SCium Trebell. Secundum verò hoc statuimus cum De-
cio Imperatore quod omninò possit & sine tutoris autoritate ac-
quirere & possidere, l. donatarum 3. inf. & sen. C. de acquir. & res.
possess. sic tamen ut fiat distinctio inter titulos; ut si lucrum sentit,
tunc acquisitio omninò procedat, secus verò si damnum, l. 9. de au-
toritat. tutor. vel Curat. pr. Inst. eodem. & hoc infavorem pupillorum
gratiaq; utilitatis, d. l. 32. §. 2 ff. de acquir. & amitt. possess. argumen.
d. l. donatarum 3. C. de acquir. possess. d. l. 9. d. aut & consens. tut. d. pr.
Inst. eod. Pupilli autem pubertati proximi usucapionem non impe-
diunt, siue tutor presens siue absens fuerit, siue consenserit, siue
autoritatem non apposuerit, d. l. quamvis 32. §. pupillus 2. ff. d. usu-
cap. modò conditionē suam meliorem faciat, d. pr. Instit. de aut tut.
Gædd. p. 3. Disput. 5. th. 5. lit. F. G. & H. Donell. lib. 5. comm.
cap. 15. Gilken. in tr. de Usucap. p. 3. cap. 1. num. 7. & seqq. Cujac.
in l. sequitur 4. §. pupillus 2. ff. h. t. Borchold. in comm. de acquir.
vel amitt. possess. cap. 3. numer. 8. & 9. Pac. c. 4. quæst. 94. Cha-
ron. lib. 2. verisim. c. 7. Bronchorst. cent. 3. enant. ass. 87. Co-
nan. lib. 3. comm. cap. 8. num. 4. Hieron. de Cavall. in spec. aur.
opin. Commun. 9. comm. tom. 2. quæst. 601. Hakelmann. illustr.
quæst. disput. 20. thes. 3.

(i) — Servos dicimus veros ad differentiam putativorum,
de quib. supr. lit. f. hac thes. quod autem per servos nostros acquire-
re, possidere, & sic usucapere queamus, aperte probat, text. in l. se-
quitur 4. §. servus t. d. Usucap. accidit & hoc nobis invitis & igno-
rantibus, §. item vobis 3. Inst. per quas person. Ratio hæc est: quia
quicquid servus acquirit, hoc suo domino acquirit, & nihil potest
habere, quod suum sit d. l. 3. l. acquiritur 10. §. igitur 1. de acquir. R.
dom. Schneidvv. & Dd. comm. ad d. §. 3. excipe solum titulum pro
herede, d. l. 4. §. 4. b. t. & d. §. 3. Inst. per quas person. & hæc de
caussa, ne dominus invitus gravetur ære alieno cum hereditas
pro-

propter eas alienum latens, damnosa esse possit, d. §. 3. l. qui in aliena
6. de acquir. vel amit. hered. l. si hereditatem 37 ff. mandat. Schneidvv.
d. l. Georg. Obrecht. d. Disput. de Usucap. thes. 45. & seqq. latè
& aptè Gilken. in tr. de Usucap. p. 3. cap. 3. & seqq. Johann. Har-
precht. ad d. §. novissimè 10. Inst. de Usuc. & long. temp. præscr.

THES. VI.

Res autem illa, quæ possidetur debet esse ad usucapi-
endum idonea: (a) omnes hinc res, quæ in patrimonio no-
stro esse ac proinde possideri possunt: illæ & usucapi que-
unt (b) siue sint corporales, (c) siue incorporales (d) siue
mobiles, siue immobiles: (e) nisi speciali ex ratione pro-
hibeantur. (f)

(a) §. sed aliquando 1. & §. furtivæ 2. Inst. h. t. l. si aliena res 10.
cum LL. seqq. ff. de usurp. & usucap.

(b) Argumenta l. usucapio 3. h. t. l. sine possessione 25. l. justo errore
44. §. si cum 7. ff. eod. VVesembec. in parat. num. 10. h. t. Obrecht sæpè
citatur, disput. thes. 81. Harprecht. ad d. §. sed aliquando 1. & §. fur-
tivæ 2. Inst. h. t. n.

(c) l. usucapionem 9. h. t. & sanè hæ principaliter & maxi-
mè, d. l. 9. h. t.

(d) tot. tit. Inst. de reb. corp. & incorp. l. 1. de R. D. l. sequitur 4.
§. libertatem 29. h. t. l. hac. 6. ibi simul libertatem usucaperem ff. de servit.
urb. præd. l. si quis 18. §. ult. ibi usucepisse libertatem ff. qn. servit. amitt.
l. si quis diuturno 10. si servit. vindicet. l. si à re. 16. ff. eodem l. f. C. de servi-
tut. l. 2. C. eodem. l. f. C. de præscript. long. temp. l. 16. de Usufruct.
Si igitur res incorporalis; forsàn utiq; & servitus? Respondeo,
quamvis de jure veteri Digestorum propter Legem scriboniam
(quam tulerat Scribonius, vir summae autoritatis, mox ædilis cu-
rulis, mox Prætor urbanus, Liv. lib. 4. Decad. 4.) servitutes
verè ac propriè usucapi non animadvertuntur, l. 4. §. ult. l. si alie-
na 10. §. hoc jure ff. h. t. l. servus 43. §. incorporales 1. de A. R. D. l.
servitutes 14. in pr. de servitute. l. possideri 3. in pr. de acquir. vel amitt.
poss. quia in servitutes possessio, sine qua nulla usucapio, cap. sine
possessione 1. de R. l. in 6. cadere non potest, l. si ades mea 32. §. liber-

C

tas in

tas in fin. de servitut. urb. pred. Vult. ad tit. de usucap. numer. 23.
Bocer, in tract. de invest. Feud. cap. 3. num. 119. & seqq. Idem,
Class. 5. Disput. 22. thes. 11. lit. e. *utilitatis tamen causa quasi*
usucapi, & longa possessione acquiri dubium non est, l. si quis diu-
turno 10. si servit. vindicet, l. si cui aqua 1. §. deniq. 23. vers. sicut n. de
aq. & aq. pluvi. arcend. l. apparet 5. §. si quis servitutem 3. de itir. act. pri-
vat. usus enim harum habetur pro possessione, l. quoties 20. de serv.
Obrecht. citat. disput. thes. 113. & 114. & seqq. *Hodie autem hac*
quasi possessio in totum est sublata & recte servitutes, & verè in-
ter presentes 10. & absentes 20. annis usucapiuntur, l. cum in longi
temporis in vers. eodem observand. in fine C. de prescript. long. temp. l. si
quas actiones 1. & l. si aquam 2. C. de servit. & aq. l. corruptionem 16. §.
sed nos hodie 1. C. de usufruct. l. un. C. de transf. usucap. in verb. esse intel-
liguntur. non observat à illa distinctione Doctorum servitutes di-
videntium in continuas & discontinuas. Francisc. Hotom. lib.
1. Observ. 2. Capoll. de servit. cap. 19. Sichard. ad l. 1. C. de servi-
tut. Vasq. 2. illustr. quæst. 84. num. 6. Vital. 2. var. lect. 3. *tum*
quia in acquirendis servitutibus non observamus id quod semper
fit, sed quod fieri debet & potest, Dd. communiter, in primis au-
tem Alexand. conf. 16. numer. 13. vol. 5. Vvesembec. in parat. de
servitut. num. 5. Servitutes autem natura semper & perpetuo
continuam causam habent: quamvis non semper exerceantur,
l. foramen 27. de servit. urb. pred. tum quia lapides cadere in alie-
no fundo, est actus discontinuus, & servitus discontinua: ea ta-
men consuetudine & longo tempore acquiri patet, ex l. venditor 13.
§. si constat, 1. commun. pred. l. quas actiones 1. C. de servitut. Bart.
num. 14. Jas. 43. & 55. in l. de quibus de LL. tum quia servitutes
hic non considerantur per se, ut Jus incorporale continuum vel di-
scontinuum, alioquin 30. demum annis, veluti reliqua jura incor-
poralia prescriberentur, l. sicut 3. cum seqq. C. de prescript. 30. vel 40.
annor. §. si quis per 30. si defend. defunct. cert. sit. rit. 26. lib. 2. feud.
sed ut pars seu accessio rei immobilis: que accessio velut ipsa res
soli

*soli animo continuo possidetur, l. 2. C. de Servit. & aq. d. l. ult. C. de
prescript. long. tempor. Donell. lib. II. comm. cap. II. Ravard. ad l.
Scriboniam cap. 5. Hotom. lib. 4. observ. 2. Anton. Fab. lib. 19.
Conjectur. 9 & 10. Conan. 4. comm. 10. num. 11. & cap. 12. num.
16. Robert. 4. Sent. 8. Coras. 5. Miscell. num. 5. & ex eo Henneq.
in not. ad accurs. in l. 2. C. h. t. P. Gylken. de prescr. p. 2. membr.
1. cap. 10. Marc. Lycklam. lib. 2. membr. Ecclog. 6. Gail. lib. 2.
Observ. 66. numer. 7. & 96. num. 14. Mynsing. cent. 4. observ. 53.
Vvesembec. in parat. de servitut. num. 5. & 6. Neq; hic requiri-
mus necessario & semper titulū, sed nihil referre statumus, quam-
vis, aliquando absit, quia veri Domini patientia pro traditione
habetur, l. quoties via 20. de servitut. & non secus ac ipsa traditio
possessionem inducit, l. servitutes 1. §. trad. 2. de servit. rust. præd. &
ibi Gothofr. in not. lit. H. Unde scientia Domini & patientia tot
annorum justam aff. runt probationem Jure constituta servitutis,
l. si quis diuturno 10. si servitus vindicet. nec verò simile est, Dominum
tam diu utentem passurum fuisse, nisi sciret aut vellet etiam ipse
Jure constitutam esse servitutem, Harprecht ad §. ult. Inst. de
Servit. præd. num. 14. inprimis cum diuturnitas temporis adver-
sus eos, qui patiuntur, hujusmodi probationem in usu Juris affer-
re consuevit, l. qui aliena. §. sed etsi 3. de acquir. vel amitt. heredit. l.
eum de in rem vers. 6. de usur. & fruct. l. cum in longi temporis fin. C. de
prescript. long. temp. l. 2. C. de Servitut. & aq. l. si cui aqua 1. §. deniq;
ult. vers. sane ff. de aq. & aq. plu. arcend. qua lex hac ultima rem ad
oculum demonstrat, ac sanè tripliciter, 1. in verbis, ubi non in-
venitur imposita, id est, ubi titulus deest, qui acquirendi causa
est, 2. ibi in servitutibus hoc sequimur; proprium itaq; aliquid
servitutibus refertur, non usucap. rerum corpor. comm. 3. neque
vineq; clam nec precario, quibus verbis scientia domini exigitur,
Donell. lib. II. comm. cap. 12. gl. Costalius & Dd. communiter. ad
d. l. si quis diuturno. 10. si servit. vind. Conan. lib. 4. Comm. Jur.
Civil. cap. 12. num. 17. Cujac. ad l. 4. §. ult. h. t. Vasq. Illustr. con-
trov. 65. num. 7. VVurmser. pract. observat. lib. 1. tit. de servitut.*

C 2

observ.

observ. 6. Gilken. p. 2. membr. 1. c. 10. n. 12. & seqq. Balb. de præscr. 2. p. 3. pr. q. 6. Anton. Fab. lib. 19. Conject. 10. Dissentit Duar. prædict. lib. Disput. Coraf. ad l. servitudes 14. num. 30. de servitut. Ravard. ad l. Scribon. circ. fin. Hotom. lib. 8. observ. 11. Emanuel Soaretz. de Rebeira in not. ad Gomez. var. resolut. 3. cap. 15 lit. O. Ex his igitur apparet, quod scientia & patientia Domini ad usucapiendas servitudes omninò sit necessaria, per d. l. 1. §. 2. de serv. urb. præd. rust. & l. 2. ibidemque Dd. C. de Servitut. & aqua. Pænorm. in c. cum Ecclesia Sutrina num. 25. de caus. poss. & propr. Innocen. in c. bonæ memoriæ de Elect. Fr. Aretin. Cons. 42. numer. 4. Jason. Cons. 81. num. 1. lib. 3. Balb. in Tract. de præscript. 2. par. 4. pr. quæst. 1. vers. 4. Covarruv. in c. possessor part. 2. in pr. num. 8. de R. I. in 6. Menoch. in tr. de arbitr. Jud. cent. 2. quæst. 2.

(e) pr. Inst. h. t. Ulpian. in Frag. cit. 19. de acquisit. rer. §. usucapione 7. l. foramen 28. de S. U. P. l. un. C. de transf. Usucap. & ibid. Cujac.

(f) Harprecht. d. §. 1. & 2. num. 1. Obrecht. citat. Disput. Gædd. de Usucap. thes. 6. lit. B. & alij, quas citati citant.

THESE VII.

Hæc autem specialis prohibitio pendet vel à natura, vel à Lege: Natura prohibentur res quædam existentes in nostro patrimonio, ut res natura & ex accidenti perditæ, (a) homines liberi (b) & servi fugitivi: (c) Res deinde extra nostrum patrimonium existentes, ut sunt res sacræ, res sanctæ & religiosæ, (d) res Jure Gentium omnibus communes, (e) & res universitatis alicujus Publicæ. (f)

(a) Sic ut ulterius ad usum aliquem adhiberi nequeant; cujusmodi sunt illi agri & fundi, quos occupat mare aut perdit flumen, de quo in §. Insula, Inst. de R. D. Harprecht. ad d. §. aliquando & §. furtiva, 2. Inst. h. t.

(b) §. sed aliquando 1. Inst. h. t. l. scientis 6. C. de ingenuis l. em-
ti actio 21. C. de eviction. l. usucapionem 9. l. rerum mixtura 30. ff. h. t.

(c) d. §. sed aliquando 1. Inst. h. t. & ad eum Dd. l. servus fugi-
tivus 1. & l. quicumq. 4. C. de serv. fugit.

(d) d. §.

(d) d. §. sed & aliquando 1. Inst. h. t. l. 9. ff. eod. l. qui universas
30. §. possessionem 1. de acquir. vel amitt. possess. ratio hæc est, quia pos-
sideri nequeunt, d. l. 30. §. 1. quarum autem rerum possessio non
est, earum nec usucapio, d. l. sine possessione 25. h. t.

(e) l. præscriptio 45 ff. h. t. §. & quidem 1. Inst. de R. D. l. quod
in litore 14 de acquir. rer. dom. Nec huic textui in l. præscriptio
longæ possessionis 48 ff. h. t. quicquam obstat, l. si quisquam 7.
ff. de divers. & temporal. præscript. ubi dicitur, quod is, qui in di-
verticulo fluminis pluribus annis piscatus sit, alium eodem Jure
uti prohibere queat: Nam nulla hic legitur Usucapio, siquidem
si recesserit, aut illud diverticulum reliquerit, tunc statim nullam
amplius ad illud habet causam, quod esset, si usuceperit. Hinc
nihil contrariatur, quia diversum habes intellectam: loquitur
enim saltem de præscriptione sive exceptione, qua se utens contra
alium uti volentem tueri potest, nulla tamen inde usucapio: quia
illo recedente recedit & Jus, Donell. lib. 5. comment. cap. 22. Cu-
jac. ad l. 45. h. t. Giphan. ad l. 48. de A. R. D. Charond. 1. verisim.
21. Zaf. ad d. l. 7. num. 5. Jacob. Labit. in Ulu Judic. 2. num. 29.

(f) d. l. usucapionem 9. ff. de usurpat. & Usucap. Publica au-
tem intelligimus, quæ publico usui sunt destinata; vel in publico
habentur: Secus autem in ijs, quæ in pecunia aut patrimonio po-
puli, aut civitatis alicujus sunt, horum enim cum sit commercium
& alienatio, quin etiam usucapio sit dubium non est, l. sed Celsus
6. de contrahend. emt. Coedd. dict. Disput. 6. lit. B.

THES. VIII.

Res lege prohibitæ, aut sunt alienabiles, aut non sunt
alienabiles: Alienabilium prohibitio (a) est introducta
partim favore Dominorum, & comprehendit res fiscales,
(b) res Principum (c) & novo Jure etiam res minorum alie-
nabiles (d) partim odio possessorum, & comprehendit res
furtivas (e) res vi possessas, (f) res contra l. Julian. præditi-
donatas. (g)

C 3

(a) id est.

(a) id est, quæ naturam alienationis quidem habent, sed vel certa lege, vel constitutione sunt prohibita, Dd. communiter circa hanc materiam.

(b) Sunt illa duplices, aut fisco jam acquisita vel nondum acquisita: Priores usucapi nequeunt: quia harum usucapionem leges nominatim favore, scilicet principatus, cui debentur, inhi- bent, §. res fisci 4. Inst. b. t. l. quamvis 18. l. ubi 24. in fin. l. præscriptio 45. ff. h. t. l. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Posteriores vero usu- capi possunt omnino, §. res fisci 4. Inst. h. t. quia hæc ratio modo di- cta in eis cessat, & nondum sunt fisci propria, D. Pius, Severus & Antonin. in d. §. res fisci 4. & l. quamvis 18. h. t. Accurf. ad l. is o- mnibus 13. de divers. & temp. præscript. Donell. lib. 5. Comment. cap. 24. Conan. 3. comm. 15. numer. 4. Harprecht. ad d. §. 1. & 2. Inst. h. t. in fin.

(c) Propriè sic dicta, quæ in principis cujusq; privato sunt patrimonio: non quatenus est princeps, sed quatenus est, Arcadi- us, aut Antoninus aut Honorius: l. cum servus 39. §. sed & ea 10. de legat. 1. l. bene à Zenone 3. C. de quadrienn. præscript. unde res princi- pum appellantur substantia privata, res dominica & patrimonial- les, l. nulli jam. 13. & l. jubemus ult. C. de fund. Patrimon. & hoc etiam fit propter favorem principibus exhibitum, per tot. tit. C. ne rei domin. vel templor. vind. & Dd. supr. allegati.

(d) Pert. ult. C. in quibus caus. restitut. in integr. in quibm enim olim erat præscriptio, & currebat in integrum restitutio, in jis ho- diè non currunt ipso jure d. l. ult. In integrum autem restitutio & currebat contra minorum bona adventitia, l. unic. C. si adversus usucap. idem contra filiorum famil. bona adventitia, l. super. an- nali 1. §. ult. C. de annal. except. l. 4 §. ult. C. de bon. quæ liberis l. 1. & auth. nisi C. de bon. mater. Ratio & hæc potest dari: Quia negli- gentia tanquam causa usucapionis, in filiis famil. cessat. Vide Donell. lib. 5. cap. 23. & 24. Gujac. in l. 13. h. t. & latè Gilken. de præscript. p. 3. cap. 3. num. 366.

(e) Lex

(e) Lex enim 12. Tab. & lex Attinia nominatim illarum
usucapionem prohibent, §. furtiva Inst. h. t. l. sequitur 4. §. quod autem
6. l. non solum 33. in pr. ff. h. t. l. mancipia 1. l. sciens servum 7. C. de Usu-
cap. pro emt. l. donantem 2. C. de usucap. pro donato l. & jam furti 8. C. de
fuit & ser. cor. Gell. lib. 17. noct. Attic. cap. 7. in pr. Rationem
(præter eam quod vitio laborent reali l. ubi lex. §. 1. ff. h. t. l. 1.) hanc dant
Dd. quia si prior Dominus, ejus rei semper manet Dominus, certè
alius ejusdem rei dominus per usum effici nequit: quia duo ejus-
dem rei Domini in solidum esse non possunt, l. si ut certo 5. §. si duob.
ult. Commodat. Giph. in d. §. furtivæ 2. Inst. h. t. De partu verò
ancilla furtivæ, non est levis, sed ardua inter Dd. magni nominis
& autoritatis contentio: Verum, ut rem pro viribus & ingenij
tenuitate excutiam, tres dabo casus. 1. Aut enim ancilla præ-
gnans fuit surrepta, & apud furem, sive ejus heredem peperit, 2.
aut non prægnans fuit surrepta, sed concepit apud furem, peperit
verò apud bonæ fidei possessorem; aut 3. concepit & peperit a-
pud bonæ fidei possessorem; Ad 1. casum respondeo illum partum
à fure minimè usucapi posse, per l. ancilla 12. C. de furi & serv. fugit.
& l. si alienares 11. §. Scævola 2. ff. h. t. neg. & ab herede, quia &
vitia defuncti cadunt quoq; in heredem, l. si ego 11. §. partus ancilla
2. de publ. act. ut heres non debeat esse melioris conditionis, quàm
ejus autor, l. 175. §. non debet d. R. l. Ad 2. casum hoc placet,
quod & ibi partus usucapi nequeat, per l. qui vas argumenteum §. an-
cilla §. de furi. In 3. verò casu usucapionem bon. fid. possessoris pro-
cedere libenter affirmo, per d. l. si alienares §. Scævoll. 2. ff. h. t. verò.
l. si ego 11. §. partus ancilla 2. de Publ. act. d. l. 48. §. 5. de furi. Cujac.
ad l. 4. §. heres h. t. Hotom. lib. 7. observ. 18. Donell. lib. 5. comm.
cap. 25. Goedd. prolixè ad l. partum 26. de V. S. & in disp. de Usu-
cap. thes. 6. lit. A. Harprecht. ad dict. duos paragr. numer. 19.
Bocer. class. 5. Disput. 22. thes. 13. Sic quoq; Domino usucapio de-
negatur, etiam si ancillam furtivam à servo pro libertate accepe-
rit: alia namq; non potest esse possessio, quam quæ fuit servi, l. pro
emto

emtor. 2. §. si servus 13. & §. nisi 14. ff. pro emtore. & possessio vitiosè
parta, Domino nihil prodest, per d. l. 4. §. 16. b. t. l. 2. §. si servus
10. pro emtore, nullum ergò inde commodum sentiat, l. quod servus
34. de acquir. possess. Donell. d. cap. 25. lib. 5. comm. Gædd. ad d. l.
26. de V. S. num. 10. Pac. cent. 6. quæst. 97. Hoc quidem de par-
tu, an autem idem in foetu pecudum observandum spinosa oritur
quæstio: quod negamus: Licet enim supervacaneum, usucapionè
foetus in quæstionem trahere, quia statim postquam editus est, a-
pud quemcunq; conceptus sit, acquiritur, alleg. l. 44. §. lana 29. b. t.
l. qui vac. 48. §. & furtivis 6. de furt. ac proinde usucapi non debet,
d. l. 4. §. 19. quia non potest Dominium, semel acquisitum jam de-
nuò acquiri, l. non ut 159. ff. de R. l. Donell. d. l. 5. comm. cap. 26.
Tamen pro abundantia notabis diversitatem: Foetus enim in fru-
ctu est, etsi oves pregnantes surrepta, l. bona fidei emptor. 48. §. &
ovium foet. 2. de A. R. D. §. item ea 19. Instit. de R. D. partus verò nun-
quam, ut supra dictum: absurdum enim videtur hominem in fru-
ctu esse, cum omnes fructus rerum natura hominis gratia compa-
raverit, §. in pecudum fructu 39. Inst. de R. D. l. verus fuit quæstio 68. de
Usufruct. l. quæ duobus 22. §. sed unum 3. ad SC. Trebell. Cicer. lib. 1. de
far. Nostra huic assertioni parum refragatur, l. qui vas argenteum
48. §. ancilla 5 ff. de furt. ubi dicitur: Idem est servandum in foetu
quod servatur in partu: Omisissis enim aliis conciliationibus, de
quibus consule. Nicol. de Passer. fol. 585. melior est, Cujacij, (quo in
restaurandis locis nullus extitit solertior & fidelior, Vult ad §. f.
Inst. de Urb. & præd. servitut.) Existimantis huic §. negationem
desse & ita legendum, non idem & in pecudibus servandū, quod
& requirere videntur verba sequentia, ergò furtivis equis nati,
adde Donell. cit. loc. & Conan. lib. 3. comm. cap. 16. num. 3. qui
non in concinnè respondet, hæc verba prolata esse tanquam inter-
rogationem, cui subjungatur statim responsio, Gædd. ad d. l. 26.
de V. S. Hæc autem omnia procedunt, durante vitio, & si res ab
eo non

eo non fuerit purgata: Quod si res in eius potestatem, cui surrepta fuit, revertatur; tunc nullo modo usucapio impediri potest, sæpe allegat. l. 4. §. quod a. 6. ff. h. t. Obrecht. Harprecht; & Goedd. d. l.

(f) Harum enim usucapionem lex Julia Plautia inhibet d. §. furiva 2. Inst. h. t. l. non solum 33. in pr. & §. quod vulgo 1. ff. eod. & l. 4. §. 22. d. t. l. si ad dominum 86. de furt: l. quod in possessum 6. de vi bonor. raptor: Ille autem dicitur vi possidere, qui expulso veteri possessore, acquisitã per vim possessionem retinet & obtinet l. prætor ait 1. §. vi possidere 28. de vi et vi armata. Si igitur possessor ab eo deiectus sit, qui possessionem non occupaverit, non videtur vis facta, aut quod tertius non possit usucapere l. 4. §. 22. h. t. & l. 4. §. 28. ff. eod.

(g) l. quod contra 4. ad l. Jul. repetund: l. bona fidei 43. in fin. pr. de A. R. D. Iudicis enim & manus & oculos innocentes, & nequaquam divitiis maculatas esse oportet. Obrecht: sæpe alleg. disput: Divitiæ enim omnia expugnant, cunctaq; ubiq; gentium sine difficultate obtinent. Herm. Lather. lib. 2. c. 6. de cens: num. 8. & 9. Est enim sacrorum eloquium mirabile & verum, quod avaritia sit omnium malorum radix, l. ad Timoth. 16. v. 10. maxime, quando non privatorum, sed iudicum inheret animabus: Imperator noster in præfat. N. 8. circ. fin. Ne igitur Iudices corruptionem patiantur, succubuit eis l. Julia ut dictum: quod tamen temperatur in esculentis, potulentisvè item Xenijs. Id est muneribus ab hostibus datis l. plebiscito 8. de offic: Præsidi l. solent. 6. §. ult: in fin. de offic. procons. & ad eam Gothofr. Item in donatione remuneratoria Donell. lib. 5. Comm: c. 24. Fachin: lib. 2. Controv: 80.

THESIS IX.

Res quæ non sunt Alienabiles ac perinde non usucapionis capaces (a) dantur. 1. fundus dotalis. (b) 2. Res pupillarum immobiles (c) 3. item res minorum (d) & 4. res meræ facultatis (e).

D

(a) Que

(a) Quaecumq; enim lex vetat alienare, & illa usucapere prohibet, arg. l. ubi l. ex 24. de usucap. quia usucapio est alienationis species l. alienationis 28. de V. S.

(b) l. cum vis praedium 42. ff. l. t. l. si fundum 26. de fundo dotali pr. Inst. quib. alienare licet vel non. quia lex Julia prohibet alienare; vetat igitur & usurpare d. l. si fundum 26. de fundo dotal.

(c) haec namq; sine decreto alienari non possunt, consequenter ergo nec usucapi l. 1. Et tot. 1. de reb. eor. que sub tutel. l. bone fidei 48. in pr. vers. veluti si pupilli de A. R. D. l. sicut 3. ibi sed pupillari aetate duntaxat C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. non est incognitum 3. C. quib. non obijcitur long. temp: l. ult: C. in quib. in integr. rest. l. ult. C. de usucap. pro emptor. l. committentem 10. quemadmodum servit. amitt. & ibid. Gothofr. Cic: lib. 1. ad Attic. epil. 4. Cujac. lib. 11. Observ. 12. & lib. 24. obs. 14. & contra hunc nulla potest incipere praescriptio, nec ante defunctum forte incepta, continuari: quia durante aetate pupillari omnis omnino praescriptio dormit & cessat, per d. LL. Balb. d. tr. p. 16. pr. n. 34. Schurff. consil. 28. super n & consil. 65 quod in praesenti n. 2. Vesim parat. hic n. 14. Certum hoc est, de rebus immobilibus: quid vero de mobilibus? quin in illis quoq; usucapionem locum habere negamus: quia & haec alienari vetantur l. lex que tutores 24. C. de administrat. tutor. Donell. lib. 5. Comm. c. 23. Mynsing: 10. Decad. respons. 100 n. 49. & 2. decad. respons. 11. num. 28. & seqq. Vult: lib. 1. Jurispr. Rom: c. 71. Robert. lib. 1. animadvert. 24. & lib. 1. recept. Lect. 7. Bocer. class. 5. Disp. 22. thes. 15. vide thesin. praecedentem lit. D.

(d) Intellige etiam mobiles & immobiles: (supr. thesi. 8. lit. D.) Horum enim bona quemadmodum ab alienatione sunt tutela, sic usucapioni non obnoxia per l. sancimus 5. & ult: C. in quib. caus. in integr. l. non est cognitum 3. C. quib. non obijcit long: temp: SED NON OMNI; praescriptio enim. 30. annor. contra minorem incipit, nedum continuatur, per l. si cui in rem 3. C. de prescript. 30. vel 40. annor. d. l. 3. quib. non obijcit: & d. l. ult: C. in quib. caus. in integr. Duar. ad tit. C. si advers. usucap. Cujac. lib. 24. Observ. 14. qui quidem aliquo modo dissentire videtur Donell. lib. 5. Comm: c. 23. Mins. dec. 3. Resp. 23. num. 11. Vesemb. in Parat. h. n. 14. Goedd. d. disput. th. 6. lit. C.

(e) Nam

(e) Nam & ha regulariter usucapi non possunt, per l. viam
publ: 2. de via publ. in itm: Petr: Gregor. Tholosan: lib: 41. Syntag: Jur:
c. 2. num. 20 Gail: lib. 2. Obs. 18. nu. 4. Cujac. in Parat. C. de praescript:
30. vel 40. annor VVurmbser. lib. 1. Obs. 44. Obs. 5. Mynsing: dec.
4 Resp: 37. n. 14. & dec. 9. resp. num. 10 Non tamen semper; sed gau-
dent quibusdam exceptionibus, quarum prima est, si intervenias
praescribentis prohibitio & subsequuta patientia illius contra quem
praescribitur, per tempus ad praescribendum sufficiens gl. & Dd.
communiter in l. ii. de Servitut: urb. praed. & in l. i. C. de servit. & aq.
Secunda si facultas haec non ex mera facultate sed ex Jure pendeat
E. G. qui actu, stillicidio, luminibus; 10. annis inter praesentes &
20. inter absentes usus non est, Jus suum amisit, quaesita vicino li-
bertate saepe all. l. sequitur 4. §. libertatem 29. in f. ff. h. i. l. si tibi servitutem 10.
l. sciat usumfructum 19. C. de serv. & aq. Mynsing: d 1. Hinc is qui mo-
lendum in flumine habuit, quod verustate collapsum est, potest
& illud reaedificare nulla omnino temporis praescriptione obstante:
Sic etiam subditi, qui per 100. annos & amplius iuverunt ad mo-
lendum Domini sui, vel ad coquendos panes in furno Domini
ex hoc cogi in futurum non possunt, ut ibidem molant & coquant.
Jacob. de S. Greg. in Tract. de Feud: verb. & cum Molendum & c.
Schneidvv. de Feud. p. 2. num. 53. & 54. & ad §. flumina Inst.
de R. D. num. 15. & ad §. 1. Inst. de Interdict. num. 62. Sic ille, qui
molendum reaedificare quidem voluit, sed prohibitus fuit, & ita
ad illam prohibitionem destitit, & per tantum tempus, quod ad
praescriptionem sufficit, acquiescit, postea molendum reaedificare
volens non potest: Similiter subditi alibi molere volentes,
prohibiti alibi molere non possunt, si prohibitioni per tem-
pus, ad praescribendum sufficiens, acquieverunt. Ja-
cob. de S. Gregor. de verb. & cum molendum num. 5. Boer: De-
cif. 126. num. 5. Borchold. de regal. n. 37. Hartmann. in pract. obs. t.
46. de praescript. obs. 1. Schneidvv: d. p. 2. num. 54. Unde als dannt
nennet man solches Zwangmühlen. VVesemb. in Parat. de rescind.
vend. in fin. qui optime explicat, quid sint res mere facultatis. Huc

pertinent quæstiones quædam intricatissima, quæ cum magna sint utilitatis, sicco pede prætereunda non sunt. 1. est: An videlicet Iuri offerendi quod habet venditor ex pacto de retrovendendo, 30, vel 40. annis præscribi possit. Licet nos non latet, multos gravis autoritatis viros hoc audacter affirmare, veritati tamen consentanea magis videatur, negativa cui & nos adheremus, moti, l. si fundam 2. C. de pact. int. empt. & vendit: ubi expresse dicitur, quandoque ipse vel heredes, qui precium obtulerint: Verba autem illa semper & quandoque designant temporis infinitatem l. si ita stipulatus 55. de fidejussor. vide & text. in l. quod si nolit 31. §. si quis. ita 22. vers. si verò convenerit. ff. de adilit. edict. Adhæc notum imò verissimum est: Quotiescunq; bona fides, ut essentialia præscriptionis adjunctum deest, tunc usucapio non locum habet c. ult. ext. de præscript. Sed hæc in emptore bona fides deest, quia suæ promissionis & obligationis est conscius: qui verò scientiam habet rei alienæ, sive juris alieni, ille est in malâ fide: c. si virgo 34. q. 3. Br. in l. Celsus 18 de usucap. Coraf. ad c. possessor malæ fidei §. 11. post num. 3. Cephalus in cons. 316. n. 17. lib. 3. Et hanc sententiam exosculantur antiqui glossat. & Dd. Roger. Mart. Jacob. de Raven. Per. de Bel. & alij quos refert & sequitur Cynus in l. cum notissimi §. sed cum illud C. de præscript. 30 vel 40. annor. Alber. de Rosat. Raph. Fulg. in l. si rem §. omnib. de pignor. act. Alciat. in rubr. de præscript. Gometz. in Comm. var. resolut. tom. 2. de empt. vend. c. 2. n. 28. Balb. de præscript. in 4. part. 5 pr. q. 3. Chassan. in Consuet. Burgund. tit. des Rentès §. 1. fol. 203. v. 9. & seqq. Hartm. lib. 2. præct. verb. pactum de retrovendendo Gail. de lib. 2. Obs. 18. Cujac. & Duar. ad h. t. VVittenbergenf. part. 1. consult. suar. q. 1. Et hanc opinionem retineri in Camera caussa Baronum de Geroltzberg contra Marchiones von Baden / & alia testatur Mynsing. cent. 1. obs. 16. & cent. 6. obs. 70. & 20. sequitur eandem & constitutio laudatissima Electoralis 1. part. 2. 2. an juri reluendi pignoris 30. vel 40. annis præscribi queat? Et quod negamus: quia creditor habet scientiam rei alienæ, & sic est in malâ fide d. c. si virgo 5. caus. 24. quest. 2. neq; in possessione, quam præscriptio semper

semper praesupponit l. 25. de usucap: non enim sibi, sed possessori possidet l. pignori 13. ff. b. tit. causam autem possessionis mutare nequit l. non solum 33. §. quod vulgo 1. ff. ht. aliàs etiam creditor fieret locupletior cum damno alterius quia pignus ut plurimum est pretiosius, quàm debitum: quod tamen non debet esse l. 206. de R. J. videatur l. solutam 11. de pignor. act. l. 12. §. fin: quib. modis pignus solvatur l. 5. §. fin: de del. mal. & metus except. Gail. lib. 2. obs. 18. num. 4. & seqq. Mynsing! cent. 1. observ. 16. Cynus in l. cum notissimi 7. §. sed cum illud 6. in f. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Henning! Göden Conf. 109. num. 232. Borchold. de usur: c. 6. num. 10. Bronchorst. cent. 4. obs. 4. VVesemb. conf. 2. n. 45. & seqq. Zas: in §. actionum num. 66. Inst. de A& Obrecht: hac disput: thesi. 253. Zanger. in tr: de except: p. 3. c. 8. num. 79. Virgil. Pingzer illust. quæst. Saxonie. 41. Robertus disp. 9. coronid. 1. 3. Num annuæ præstationes, Jährliche Zinsen vnnnd Pachten / præscribi possint? hoc est, an non solvendo debitor illarum solvendarum necessitate per præscriptionem se liberet. Respondemus distinguendo: & dicimus non futuras, sed præteritas tantum præscriptioni subjacere: firmatur hac sententia. 1. per l. cum notissimi 7. §. us etiam C. de praescript. 30. vel 40. annor. ubi expressè dicitur, tales obligationes non ab exordio, sed ab initio cujusq; anni computari. 2. quia tum in contractibus, tum in ultimis voluntatibus pro subsequentibus annis obligatio nascitur in diem, vel sub conditione l. si stichum 16. §. stipulatio 1. de V. O. l. si competend: 1. C. qu. dies legator. & fideicom. pro annis ergò sequentibus ante diem obligationis non currit præscriptio, vide casum notabilem in c. olim 20. de cens. c. quanto 18. de Iurejur. Constit. Elector. 2. part. 2. Gail. lib: 3. obs. 73. n. 1. & seqq. & Mynsing: cent. 3. Obs. 13. Guid. Pap. decis. 406. & 408. post gl. Br. add. l. 7. §. fin. Goeden. conf. 35. n. 30. Borchold. de usur: c. 4. num. 34. & seqq. Thesaur. Decis: 179. num. 4. Ias. ad l. 2. C. de Iur: Emphyt: n. 72. Boër. decis: 336. in fin. Vasq. 2. Illust: controvers. 82. Schurff. 1. Conf. 10. num. 12. & seqq: Fach. lib. 8. controuv. c. 99. Bronchorst. cent. 4. obs. 5. Tandem ad res que usucapi possunt, & refero Ius venandi arg! cum in long temp: 12.

C. de præscript. long. temp: Balb. & quos allegat. 2. P. §. pr. q. 4. Ius decimas accipiendi Balb. d. tr. P. 1. §. pr. quod in privato contra privatum procedit: Ius collectandi Balb. d. tr. part. & q. 6. n. 1. & alia que refert Gregor Tholosan. d. l. 40. c. 2. per tot: cap: Duar. ad hunc tit: c. 3. Panorm: & Gilken de præscript. Bocet. h. disp: thesi. 13. 14. & seqq: Goedd: h. disp: thesi 6.

THESIS X.

Requiritur porrò ad usucapionem Bona fides, (a) quæ dicitur ignorantia rei alienæ, (b) & non semper est necessaria (c) sed aliquando præsumitur, (d) cui succedit & titulus, (e) qui aut est generalis (f) aut specialis. (g)

(a) §. si aliquando ibi si maxime, qui bonâ fide, & §. furtiva seqq. 2. ibi bonæ fidei possessæ, & §. eod. in med. ibi, bonæ fidei accipiendi §. res fisci 4. ibi emptorem b. f. & §. novissime 5. ibi, ut à b. f. emtore. Inst. de Usucap: l. si aliena res 10. ibi; ut bonam finem habeat, l. Celsus 12. ibi cuius rei quisq; b. f. adeptus sit ff h. t. l. qui fundum 7. §. qui bonâ fide 4. pro emtor. l. bona fidei 48. de A. R. D. l. un C. de transf. Usucap: 2. C. de præscript. 30. vel 40. annor. non enim usucapio introducta est, ut homines ad delinquendum inducantur, eorumq; malitiis indulgeatur, contretationesq; rerum aliarum scienter factæ defendantur, sed ne is, qui ignorans ex bona fide aliena rei possessionem ex justa causa nactus erat, sub innocentia bonæ fide, damnam incurreret. Coras, ad l. servitutes 14. nu. 32. de servit: Donell. lib. 5. comm: c. 17. Duar: tr. de usucap: c. 2. Petr. Gregor. lib. 40. c. 8. num. 1. & seqq: Obrecht. d. disput: thesi, 226. 227. & seq. Harpr: ad pr. Inst. h. t. n. 46. & 47. Goedd. hac disp. thesi. 9. lit: A. Borch. h. disp: proposit: 22. fol. 192. Bocet: class. 5. disp: 22. thesi. 21.

(b) quemadmodum exim mala fides dicitur scientia vel notitia rei alienæ & injustæ possessionis: Sic bona fides dicitur rei alienæ seu juris alieni ignorantia per tex. in c. si virgo 5. caus. 34. q. 2. l. bona fidei 109. d. v. s. l. si furem 32. §. si quis id quod possidet 1. h. t. l. quod antiquos 21. C. de furt: C. Vult. ad. pr. Inst. num. 39. Bone ergò fidei possessor est, qui rem

qui rem, quam possidet alienam esse ignoravit: quia videlicet e-
um à quo rem accepit, Dominum existimabat: vel certè domini
tutorem aut procuratorem. si existimans 48. b. t. l. 3. pro soluto d. l. bona fi-
dei 109. de V. S. l. quacumq; 13. §. ult. de publ. in rem act. Tholosan. lib. 40. c. 8.
num. 1. Harprecht. ad §. si quis autem non domino 31. Inst. de R. D.
num. 16. & seqq: Unde dicitur bona fides pura & illa conscientia,
excusans possessorem de scientia rei aliena Schneidvv. d. l.
num. 14.

(c) Circa necessitatem bona fidei necesse est, ut jura, tam
Canonicum quàm Civile separatim cognoscamus. De jure e-
nim Canonico semper & ubiq; & omni tempore bona fides requi-
ritur: sic ut quandocumq; ante perfectam usucapionem mala fides
superveniat, statim usucapio interrumpatur. c. vigilant. §. ult. ex-
tra de prescript. & ibid: Immo Felinus, Butrigarius & alij Canonistæ.
Possessor enim mala fidei nullo unquam tempore prescribere po-
test. c. possessor. 2. de R. I. & ibid: Covarr. V. Vesenb. & alij. Quid ve-
rò, si mala fides post usucapionem & rem prescriptam interveni-
at? Tunc eam non dirimit aut tollit, multò minus nocet: sed
prescribens rem usucaptam in foro etiam conscientia retinere
potest, nec jam priori domino restituere cogitur, gl. in c. vigilantis s. su-
per verb. noverit. & in c. fin. super verb. nulla, & ibi Canonistæ extra de pre-
script. Talis enim legis auctoritate possidet: qui autem sic possidet,
justè possidet l. justè possidet 11. de acquir. poss. & DEVS talem possessio-
nem approbat, quia delectatur politicis ordinationibus probabili
ratione factis Reverend. vir Philipp: Melanthon, in lib. 2. Eth. in
questione. An prescriptione acquiratur dominium; qui & adducit
auctoritatem divini Juris Lev. c. 25. & mala fides est scientia rei a-
liena: res autem usucapta non amplius est res aliena, sed in usuc-
apiens dominium redacta l. traditionib. 20. C. de pact. hinc talis rem
usucaptam vindicare potest. l. si quis. emtionis 8. C. de prescript. 30. vel
40. annor. Schneidvv. d. l. num. 13. & 19. Soar. in Comm: opin: lit. P.
num. 226. Fr. Sarmin. 2. sel. int. 10, num. 2. Vasq. 2. Illustr. Controv. 71.

Menoch.

Menoch. 1. arb. Iud: 49. num. 6. Balb. pr. 3. pr. q. 7. num. 5. & pleniùs
q. 9. VVesenb. conf. 5. n. 26. Harpr: d. Pr. n. 60. Goedd: ad l. bonæfi-
dei 109. d. V. S. & in disp. 5. par. 3. th. 9. lit. c. *Huic etiam Juri Ca-
nonico in iudicando standum esse arbitramur: quia agit hac
materia de vitando peccato: In causis autem spiritualibus &
peccatum discernentibus dispositionem Juris Canonici non so-
lum in terris Ecclesiæ, sed etiam Imperij servandam esse, expresse
affirmat Theorica illa Vulgaris ap. gl. in §. pen. Inst. de grad. co-
gnat. & ap. Canonist. in clericis 8. ext. d. judicijs, & in c. 1. de nov.
op. nunciat. Panormit. ad d. c. f. Dyn. in c. possessor. num. 23. de R.
J in 6. & secundum illud iudicatum est, in Camera test Mynsing;
(in caus. Episcop: Bambergens. contra Radenvald. & in caus. Ia-
cob. de VVilsburg. contr. Episcopum Argentinenf. In caus. prin-
cip. von Anhalti contr. Eisleben.) cent. 4. obs. 6. num 4. *De iure
vel Civili requiritur saltem bona fides ab initio & tempore tra-
ditionis l. si is qui 15. §. si quis 2. & §. si ex testamento 3. l. iusto errore 44. §.
etsi possessionis 2. ff. h. t. l. 2. in pr. pro emptore l. cum heres 11. de divers. & temp.
prescript. l. un. C. de usucap: transf. §. diuina. 12. inst. h. t. Sic ut post in-
choatam usucapionem superveniens mala fides non noceat
d. l. un. vers. hoc tantummodò C. d. usucap: transf: nisi scientia rei aliene
non sit simplex, puta furtive: Br; & Paul. Castrens. in l. si ancil-
lam 4. per text. ibid: in f. pr. ff. pro sic. Petr; Gregor. Tholosan. d. l.
41. c. 8. num. 4. & res usucapienda sit emta: in emtione enim &
tempus contractus & traditionis observatur d. l. 2. pro emptor. l. si exi-
stimans 3. pro soluto. d. l. si aliena 10. in pr. h. t. VVesenb. in Parat. ff. pro
emptore l. sic etsi res 7. §. ult: de publ. in rem act. Matth. Steph: cent. 2. q. 32.
lit. B. Balb. d. tr. 2. part. 3. q. 7. & q. 127. Sed quid? si heres ab ini-
tio possessionis adeptæ malam fidem habeat: defunctus autem in
bona fide fuerit: Hoc ei, quo minus ex persona defuncti usuca-
pionem complere possit, non officit l. 2. §. si defunctus 19. ff. pro emptore l.
l. heres ejus 43. h. t. l. etsi 7. §. si petenti mihi 7. de publ. act. Goed. d. disp: the-
si. 11. lit: B. Quid verò è contrario: si defunctus in malâ fide
fuisset, successor bonam fidem habeat, an possit ex p̄sona defun-
cti**

*Et i usucapionem absolvere queritur: Quod nego, per l. cum heres i i.
 de divers. & temporal. prescript. l. vitiatum 10. de acquir. possess. Cum
 conscientia defuncti heredem obliget, l. vitia 11. C. de acquir. possess.
 cap. ult. de sepule. cap. in licoris de raptor. cap. tua nos de usur. cap. si epi-
 scopum 16. quest. 6. Hac de successore universali, quid de singulari?
 Huic bonam fidem antecessoris non patrocinari ajo, nisi & ipse bo-
 nam fidem habeat, d. l. 2. §. pen. pro emtor. siquidem emtoris ac
 venditoris persona diversa sunt, nec pro una sicut persona patris &
 filij computari queunt: Sic etiam ei non obstat defuncti mala fi-
 des, si ipse ex sua persona usucapere velit, Cujac. ad l. id tempus in
 pr. ff. h. t. Auth. Mala fidei C. de prescript. long. tempor. Donell. lib. 5.
 Comment. Vultejus Jurispr. Rom. lib. 1. cap. 11. Gædd. d. d. Hoc
 etiam modo in prescriptione temporis longissimi non requiritur bo-
 na fides de Jure Civili, sed sufficit sola possessio & cursus temporis
 30. nim. vel 40. annorum: Tanto enim tempore tollitur omnis
 actio. l. sicut 3. l. omnes 4. l. cum notissimi 7. l. si quis 8. §. 1. inf. C. de pre-
 script. 30. vel 40. annor. l. ult. C. unde vi Novell. 119 cap. 7. inf. Sic
 & usu venit in prescriptione immemoriali, quia hac habet vim ti-
 tuli, privilegij & Juris constituti, l. 3. §. ductus de aq. quotilian. &
 estiv. cap. super quibusdam 26. §. preterea ubi gl. de V. S. Decius in l.
 traditionibus 20. C. de pact. & cons. 417. num. 5. & cons. 638. num.
 4. Bl. cons. 352. num. 3. vers. 1. Ias. cons. 209. lib. 2. Salicet. ad l. 2.
 C. de Servitut. & aq. Boer. decis. 39. num. 7 & multi alij. De jure
 vero Canonico, haud ulla procedit prescriptio nec immemorialis,
 nisi sit constituta & perpetua a bona fide per text. express. in cap. vi-
 gilanti 5. extr. hoc t. & in cap. possessor. 2. de R. l. in 6. Et tutissimum
 hoc etiam est nostra conscientia, ne forsitan contra faciendo adifi-
 cemus ad Gehennam, ut dicitur cap. literas 13. §. porro de restit. spoli-
 at. Anchoranus & Philippus Franc. in cap. possessor. mala fidei 2.
 de R. l. in 6. Balb. in Tract. de prescript. 2. p. 3. p. quest. 13. num.
 1. Schneidvv. ad pr. Instit. num. 19. & 20.*

*(d) Existente scilicet aut apparente dubio; tunc enim
 bona fides presumitur, donec probetur ab adversario contrarium,
 E argum,*

argum. l. quoties 18. §. 1. & l. verius 21. de probat. J. merito 51. pro socie
l. 2. §. si sub conditione 2. ad fin. pro error. Accurs. in l. si quis emtor
nis 8. §. 1. in verb. tenuerit C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. pen. C. de
Evid. quia bona fides est ignorantia rei alienae, ut supra est dictum
in dubio autem praesumitur ignorantia non scientia, l. verius esse
de probat. l. in ambiguis 85. de R. I. & quilibet praesumitur bonus do-
nec probetur contrarium, text. junct. gloss. in c. un. de Scrutinio in or-
din. faciend. & c. 4. fin. de praesumpt. gl. pr. Inst. h. t. super verb. bona fide
& in d. l. pen. C. de Evid. Br. in l. Celsus 27. numer. 17. h. t. A-
lexand. conf. 201. colum. 2. lib. 2. Conan. conf. 130. lib. 1. Curtius
Junior conf. 28. colum. 201. colum. 2. lib. 2. Curtius Senior. conf.
71. colum. 4. Covar. in c. possessor p. 2. §. 8. num. 2. de R. J. in 6.
Vasq. contro. illustr. lib. 2. cap. 70. num. 2. & cap. 79. num. 15.
Tiraq. in Tr. de prescript. §. 1. gl. 2. vers. bona autem fides. Ma-
scard. in Tract. de probat. volum. 1. concl. 224. cum seqq. & alijs,
quos hic citat. Hinc dubitantes bonam fidem habere praesumi-
mus, quam diu contrarium non probatur; in dubiis enim sequi-
mur id, quod benignius est, l. semper in dubiis 56. de R. I. l. semper in
obscuris 9. l. quoties 200. ff. eod. l. si ita scriptum 14. §. sed Papinianus inf.
l. cum servus 39. §. suo ex facto 6. de legat. 1. & quod mitius, l. si pra-
ses 32. inf. l. interpretatione 42. de poen. quod levius l. sub diversis 51.
de condit. & demonst. quod tutius & utilius, l. si quis intentione 66. de
Judiciis l. si quis servum 8. §. si inter duos 3. de legat. 2. Insuper & dubi-
tatio ignorantia, ex qua bona fides oritur comparatur, l. pro dubi-
tate ult. C. de condit. in deb. l. manifestiss. 22. §. si autem nescius 2. C. de
furt. Covarruv. in d. cap. possessor P. 2. §. 7. num. 3. de R. I. in 6.
Balb. d. tract. p. 2. 3. pr. quaest. 9. num. 5. Fr. Sarmient. lib. 2. select.
Interpr. cap. 10. numer. 5. Vasq. lib. 2. Controvers. cap. 77. VVe-
sembec in parat. h. t. num. 12. Sic etiam errans in Jure & fa-
cto, bonam fidem habere praesumitur; quia, qui errat, neq. habet
opinionem, neq. consensum, neq. persuasionem ejus, in quo erratur
l. si quis adulterium 38. §. incestum 7. & l. si ex lege 43. ad L. Jul. de adul.
l. si quis in gravi 3. §. nisi sciens 22. de Scto Siliano l. si quis id 3. §. doli
mali 4. de Jurisdic. Tiraq. de poena mitig. caus. 11. num. 3. quaest.
5. & 6.

5. & 6. Et errorem ac malam fidem tanquam disparata disjungit, Pompon. in l. 6. si fur rem furivam 32. §. si quis id possidet 1. h. t. Vide Ulp. in l. igitur 12. §. potest 3. de liberali causa & l. bona fidei 48. de R. I. in 6. num. 4. & 5. Gædd. ad l. 109. de V. S. num. 5. Ille vero qui errat in Facto omninò usucapit, & nullo modo impeditur, l. Juris ignorantia 4. de Iur. & fact. ignor. Secus autem ille, qui in Jure errat: hic enim non usucapit, l. ubi lex. 24. in pr. & l. nunquam 31. in pr. cum l. seqq. §. si quis 1. h. t. l. 2. §. si à pupillo 15. pro emptore l. Juris ignorantiam 4. de Iur. & fact. ignor. Novum enim non est, ut ille qui quidem bonam fidem habeat, non possit usucapere, per d. l. ubi lex 24. h. t. & l. bona fidei 48. de A. R. D. Ratio diversitatis hæc potest dari: quia plura & majora incommoda ex ignorantia Juris, quod unusquisq; scire debet, l. qui fundum 7. §. servus meus 2. pro emptor l. quo te mihi 5. & l. certi conditio. de rebus credit. l. legis sacratissima 9. C. de LL. oriri possunt: quam ex inscitia facti, que plerunq; ad nos nihil pertinent & infinita sunt, atq; adeò sciri non possunt, sed prudentissimos fallunt, l. in omni parte 2. cum aliquot ll. seqq. & t. t. ff. de Iur. & fact. Ignor. Anton. de Butrigar. Innocent. Panormit. Anton. Franc. Sebast. & alij in cap. cum dilectus 8. extract. de consuetud. Curt. Jun. cons. 28. num. 9. Ludovic. Rom. cons. 125. init. circa princ. dub. vers. in casu proposito. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. Part. 2. cap. 4. num. 40. Covarruv. in cap. possessor extr. de R. I. in 6. part. 2. relect. §. 7. num. 9. Balb. in repet. l. Celsus 27. num. 17. h. t. Cephalus cons. 177. num. 59. Mascard. vol. 2. de probat. conclus. 639. num. 19. & alij quos refert, Gilken. part. 2. membr. 1. cap. 3. num. 2.

(e) Pr. Inst. in verb. emerit. vel donaverit h. t. l. si aliena res 10. l. si ab eo emas 12. l. pignori rem acceptam 13. & LL. aliquot seq. ff. h. t. l. Celsus 27. ff. eodem l. nullo justo titulo 24. C. de R. V. l. servum communem 22. C. famil. hercis. l. 8. C. ne de stat. defunct. l. un. ibi, ut in omnibus justo titulo C. de Usucap. transform. l. diutina 4. C. de prescrip. long. tempor. l. usucapio 4. C. de usucap. pro herede. Duaren. in comm. h. t. cap. 3. in medio. Cujac. ad d. l. Tholos. lib. 49. Syntag. Jur. cap. 7. num. 1. & seqq. Donell. lib. 5. comm. cap. 14. & Dd. omnes.

Requiritur autem hic ideo: quia admodum injustum & iniquum
legislatoribus visum est: licere sine causarum delectu unicuique pro
capitu suo, insatiabilique affectu, possessionem auferre, & sic rem
alienam usucapere: si enim traditio nuda etiam à verò domino
facta dominium non transfert, sed justam aliquam causam pra-
cedere oportet, l. nunquam 31. in pr. de A. R. D. multò minus pos-
sessio fortuito saltem obtenta conditionem usucapiendi, qua tan-
dem dominium nanciscimur, transferre potuerit, l. clavibus 74. de
contrab. emt. Coras. ad l. servitutes. 14. de Servit. Est autem titu-
lus dictus, vel quod tueatur, possessorem l. emtor. 9. C. de prescript.
long. tempor. vel quod ex eis intueri liceat, an quis justè possideat,
Donell. d. l. 5. comm. 14. Oldendorp. in supr. allegat. Tract. in pr.
num. 12. Schneidvv. & Mynsing. d. l. Varia sic quoque est acceptio
vocabuli Tituli: aliquando enim sumitur latè sive generaliter, &
designat quemlibet tractatum, sive materiam, l. 1. de rebus creditis
18. l. 3. de in integr. restitut. l. 4. §. ult. de interdict. l. hunc titulum 1. in pr.
& §. de qua autem 10. de postulando. Hinc dicitur caput edicti, l. hic
titulus 1. in pr. de collat. bonor. l. pronuntiatio 195. §. servitutum 3. de V. S.
& epigraphe demonstrans breviter, quid tractari debeat: Unde
Ovid. Naso.

Legerat hujus amor titulum, nomenque libelli.

Sic titulus sumitur pro re demonstrata, pro actione pro judicio,
possessione, modificatione, signo, &c. gl. in d. l. ambigua 9. C. famil.
hercis. Designat etiam gradus, dignitates, imperia, Magistratum,
item beneficia, officia & ministeria Ecclesiastica, latè gl. in cap. du-
dum vers. intitulata de Elect. l. 1. & 2. C. ut nemo privator. Novella 17.
cap. 15. item denotat dolorem sive pretextum, quo quispiam ex-
cusatur, l. si quis tutor. 60. §. quid ago 4. de ritu nupt. aliquando verò
strictè, & specialiter; & designat talem causam quam obijcere
potest verus possessor, postquam ei mota fuit litis controversia, &
sic in hac significatione accipitur in presenti hac disputatione. De-
finitur

finitar autem titulus causa possessionis legitima, & ad translatio-
nem per se habilis, vel Jus quoddam, causam ejus, quod posside-
tur, demonstrans, Bl. in l. ancillæ 12. C. de furt. pr. Inst. ibi Justa
causa acceperit. h. t. l. sunt & alie 3. & l. vel solvendi causa 4. de pu-
blic. in rem act. l. si quis diuturno 10. in pr. si servit. vindicet l. 1. pro soluto.
l. 1. in pr. pro dote l. genera possessionum 21. de acquir. vel amitt. possess. l.
nec ullam 13. §. omnibus 1. de hered. petit. Donell. d. l. Schneidvv. ad
d. pr. num. 33. Harprecht. ibid. num. 80. Borchold. in Disput. de
hac mat. propof. 18.

(f) Et dicitur titulus pro suo: qui iterum duplex; aut
universalis aut particularis: Ille est, qui ad omnes titulos accom-
modatur: ut qui pro emptore possidet, possit etiam dici, possidere
pro suo, l. pro suo possessio ff. de usucap. pro suo, commune enim & ve-
luti quasi substantiale esse videtur prescriptionibus: ut qui possi-
det, utatur re tanquam sua, & possideat tanquam suam, alio-
quin sin alieno numero & alieno nomine possideat, tunc non sibi
prescribit, gl. in l. r. §. sufficit de aq. quotid. l. r. §. Julianus ait de
itin. actuque privat §. Aristot. 19. de aq. quotid. & ex hoc ti-
tulo universali nulla procedit usucapio, nisi specialis causa preces-
serit text. express. in l. Celsus 27. ff. h. t. 2. Refertur & ad hunc titulum
universalem, negligentia domini, l. furtum 37. §. fundi quoque 1. ff. h.
t. & patientia ejus, qui possidere permittit, l. minus instructus 2. C.
de acquir. vel amitt. possess. l. alienationis verbum 28. de V. S. Qui enim
non impedit, videtur pati & consentire, l. etsi latè 6. §. 1. si servit.
vindicet. l. 2. §. voluntate soluto marrim. & patientia voluntasq; do-
mini, in aliam rem suam transferre volentis, instar traditionis,
qua omnino rata esse debet, pro iustissimo titulo habetur, l. traditi-
onibus 20. C. de Pactis §. per traditionem cum §. seq. Inst. de R. D. Hic
verò particularis, scilicet titulus est quando res possidentur, nulla
justa ex causa, sed ipsarum rerum conditione, quia verè nostra es-
sent, si tales, quales putantur, l. 1. & 2. ff. pro suo, Donell. lib. 5.

comm. cap. 14. *Velet, si quis putativum habet titulum, Cuiac.*
ad l. 2. ff. pro suo. & illa putatio aut est injusta, & sic cessat usu-
capio, perinde ac si nullus adfuisset, aut est justa & perinde habe-
tur, ac si titulus specialis iustus adesset, Cuiac. d. l. Hinc illa, qua
aliunde posidemus, & qua notam particularem non habent, recte
dicimur possidere pro suo, Petr. Gregor. Tholos. d. lib. cap. 7. n.
12. B. G. Si quis cervum alterius mansuetum nullius esse putans
capiat, aut gemmam alterius in litore maris reperiat, Accurs.
glossator excellent in l. 1. pro suo. Huc etiam pertinet species fur-
tiva ancillae, in l. si ancillam 4. & homo ex stipulatione traditus,
l. homin. eod. 2. & partus hereditarius, l. est species 2. ff. h. t. Confer hic
Zaf. in l. 3. §. 4. de acquir. possess. num. 6. & 7. Anton. Massam. Ga-
les lib. 2. de exercitat. Jurisperit. num. 40. & seqq.

(g) Et hic est multiplex, imò ut ferè sunt tituli, quot mo-
di acquirendi, Donell. lib. 5. comm. cap. 14. ACCIPIMUS AN-
TEM TITULOS VEL à PRIVATIS, & hoc fit, 1. obligationis
caussa: ac quidem eam vel ad solvendam, ut est titulus, pro so-
luto, l. pro soluto 46. ff. h. t. Capoll. in Tract. de usucap. pro solut. &
Gothofr. ad d. l. h. t. lit. G. Cujus species sunt, Judicati & noxae
deditio l. vel solvendi caus. 4. l. vel ex causa 5. l. idem si servum 6. de pu-
bliciana in rem action. Quamvis nulla causa debendi adsit, modo
existimetur, l. si existimas 48. h. t. d. l. hominem 3. ff. pro suo l. miles 6.
§. decem. 1. de re jud. vel eam ad constituendam ut est titulus pro
emttore, cui similis est, litis aestimatio l. pro emttore 2. §. si rem alie-
nam 22. l. litis aestimatio. 3. de usucap. pro emtor. Item, permutatio l. 2.
C. de permuat. titulus pro dote, l. 1. in pr. & per d. t. pro dote titulus divisi-
onis l. cum putarent 36. famil. heriscund. & causa transactionis l. ex
causa transactionis 8. C. pro emttore Fit. 2. nullius obligationis caus-
sa, ut est titulus pro donato pr. Inst. h. t. l. Celsus 27. in verbo donatum
h. t. & per t. t. C. pro donato l. in omnib. reb. 55. de O. & A. pro lega-
to, l. possideri 3. §. genera 21. de acquir. possess. l. ait praetor in f. & l. vel
mortis causa in fin. de publiciana in rem actione. & per t. t. ff. pro legat.
pro derelicto l. si res 1. & l. si id quod 5. de usucap. pro dorel. l. quemad-
modum

modum 38. §. Julianus autem de noxal. action. l. si alienam rem 76. de e-
vidi. l. quod servus 36. de stipulatione servor. l. falsus creditor §. quod si do-
minus 5. de furtis §. quare ratione 46. Inst. de rerum divis. pro herede, r. e.
ff. & C. de usucap. pro hered. qui tamen bifariam accipitur 1. quan-
do non heres possidet rem hereditariam & hic non est justus nec ex
eo usucapere licet, l. 1. C. pro hered. nisi sit justa erroris causa, l. non
solum 33. §. quod vulgo, vers. hoc amplius h. t. Baro in l. 1. de petit. he-
reditat. Duaren. ad tit. pro hered. in medio. Atque ad hanc speci-
em proprie spectat petitio hereditatis. 2. quando heres possidet
rem non hereditariam, & hic est justus & ex eo heres usucapit,
Donell. lib. 5. Comm. cap. 14. & lib. 19. cap. 12. An autem hic ti-
tulus in suis quoque locum habeat, commodè hic disceptatur? Quod
cum Duareno ad tit. pro hered. Virgilius in §. suis Inst. de hered.
qualit. Forcatul. Dial. 46. Cumann. in l. 2. §. filium pro hered. Ful-
gos. lib. 1. C. eodem. Pinell. ad rubr. C. de bon. mater. P. 2. n. 38.
Et aliis affirmare non erubescimus: absurdum enim est suis here-
dibus denegare id, quod extraneis est concessum: tum quia omnis,
qui Testamenti factionem habet, heres institui possit, l. constat cum
ult. ff. pro hered. tum quia titulus pro herede in omnibus & singu-
lis heredibus locum obtineat, neminemque excludat, per r. e. C. & ff.
pro hered. tum quod sicut in favorem filiorum sit introducta, &
ideo in odium & detrimentum lex non detorquenda, l. que favore
6. C. de LL. cap. que ob gratiam 6. de R. l. in 6. tum denique, quod pos-
sessionem post mortem patris demum apprehendant, & exinde con-
sequantur, l. cum heredes 23. in pr. de acquir. possess. §. sui autem hered. 3.
Inst. de heredi. que ab intest. & ibid. Harprecht. num. 6. & seqq. vel à
PUBLICIS PERSONIS, qualis est titulus adjudicationis,
quod nimirum judex dedit, l. si per errorem 17. ff. h. t. & titulus
possessionis pratorie, quam prator sive magistratus nobis adjicit,
l. justa per 11. de acquir. vel amitt. possess. l. si finita sit dies §. si ante hoc
decresum 17. & §. nondum enim statim 21. de damn. infect. plura qui
vult, consulat, Donellum d. l. Tholos. d. l. cap. 7. Duar. ad hunc
t. pro

t. pro émtor. Cujac. ad dd. ll. & alios qui de hac mater. scripserunt.
An autem in omni præscriptione exigatur queritur? Respon. quod non; nullus enim titulus requiritur. 1. in præscriptione temporis longissimi 30. vel 40. annorum, & hoc ideo, quia curriculum longissimi temporis omnia privata & publica jura perimit, adeoq; ad usucapionem non observato titulo sufficit, l. si cui in rem l. omnes nocenti 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. l. ult. C. unde vi N. 119. cap. 7. in f. Balb. hoc tract. 2. P. 3. pr. quæst. 6. num. 2. & in l. Celsus 27. num. 4. h. t. Schneidvv. hic num. 42. Heig. ibid. num. 28. Covarruv. in cap. possessor. P. 2. relect. §. 5. num. 2. vers. 2. de R. I. in 6. Gilken. h. Tract. num. 1. cap. 11. 2. In præscriptione temporis immemorialis, quod scilicet memoriam hominis excedit, tum quia hoc tempus vim privilegij & concessionis habet, cap. supr. quibud. 26. §. præterea de V. s. Bellon. conf. 53. num. 5. Soaretz in Thesaur. recept. sent. lit. P. num. 223. Br. in l. 1. §. 1. de publ. & vectig. Zas. 6. conf. 16. num. 12. tum quia vim legis obtinet, l. 1. §. ult. & l. 2. in pr. de aq. & aq. plu. arcend. tum quia loco tituli acquisiti habetur, l. hoc jure 3. §. ductus aqua 4. de aq. quotid. & estiv. Mynfinger. Cent. 1. observ. 30. & quos allegat. Hartman. de servitut. observ. 3. vers. videlicet. Anton. Gabriel de præscript. concl. 8. lit. S. Tholos. d. l. cap. 7. in f. Borchold. in Explic. cap. un. quæ sunt regalia num. 17. in usib. feud. Vult. ad pr. Inst. h. t. num. 13. & seqq. Limitatur autem si titulus vitiosus appareat, & expresse probetur, tunc enim nec eam præscriptionem immemoriam de Jure Canon. supprimere posse arbitror; quia malam talis inducit fidem, qua omnem omnino præscriptionem impedit, cap. ult. extr. de præscript. & licet præsumtio Juris obijci possit tamen pro veritate, cui præsumtio cedit, cap. veritati 4. cum seqq. distinct. 8. judicandum est, Mascart in Tract. de probat. vol. 3. conclus. 1531. num. 48. & seqq. vide Fachin. lib. 8. controvers. 33. qui accuratè de hac re differit: 3. in rebus Ecclesie à Laico præscribendis, modo bona fides aasit, cap. illud quoq; 8. & cap. de quarta 4. ubi Canonistæ & cap. ad aures cap. f. Extr. de præscriptionibus, & ibid. Dd. instit. hic num. 42. & bona fides de

des de Jure Canon, in spacio 40. annor non secus ac de jure Civili
sufficit, vide Schneidvv. Inst. h. t. in speciebus Usucap. numer. 24.
& hoc Ecclesia speciale habent. Queritur ulterius, an titulo de-
ficiante bona fides presumatur? Responsio: quia omnis scire debet,
quod suum non est, ad alios omnibus modis pertinere, per l. ult. C.
unde vi. sequitur, quod ille, qui rem aliquam possidet, nec probat
ullam causam; ob quam putet ad se pertinere, omnino sit in mala
fide: Nam si presumenda esset bona fides, certe se possessor excu-
sare posset, se putasse suam esse, quod tamen non vult Imperator,
in d. l. ult. Bald. in cap. per tuas de testam. Peck. in sapè allegato
cap. possessor numer. 7. Felin. in cap. si diligenti num. 4. de præ-
script. & quos allegat. Vide rursus Fachineum lib. 8. controv. 32.

THESE XI.

Requiritur & 4. possessio (a) quæ est de tentio (b) rei
corporalis (c) vacuæ, (d) & in commercio existentis (e)
cum affectione sibi habendi conjuncta: (f) Eaque debet
esse hæc loco civilis (g) continua (h) & cum traditione; (i)
cui tandem in ordine succedit, tempus à LL. definitum (k)
ac sanè non illud de Jure veteri (l) sed quod de Jure novo
est constitutum. (m)

(a) Sine hac enim usucapio nunquam procedere potest,
cap. sine possessione 3. de R. I. in 6. l. usucapio 3. l. sine possessione 25. l.
juste errore 44. in f. ff. h. t. l. qui in servitute 118. de R. I. & hac est ca-
put ac fundamentum prescriptionis, quo everso & sublato etiam
usucapio evertitur & substernitur, Harprecht, ad §. ult. & ad pr.
Inst. h. t. num. 221. unde dicitur forma substantialis, basis & causa
principalis usucapionis, Petr. Gregor. Tholos. in Syntagm. Juris
lib. 40. cap. 4. num. 1. & 2. Ratio est hæc: quia in qualibet re
principium & origo spectatur, l. 8. in pr. ff. mandati l. 1. §. item
Pomponius 13. ff. depositi l. 2. C. de impon. lucrat. descript. l. 1. de O. I.
l. 13. de his qui not. infam. Dominium autem originem suam traxit
ex possessione Tholosan. d. l. num. 7. dum res vacua possessoribus

F

primus

primum occupantibus cesserunt, l. possessio 1. §. dominium, 1. de ac-
 quir. vel amit. possess. l. ex hoc Iure 5. de l. & l. cap. ius naturale verò
 vers. communis omnium possessio, c. Ius gentium vers. sedium occupatio di-
 stinct. 5. de qua re ulterius vide Tholos. lib. 1. Syntagm. Jur. cap. 13.
 Variè autem accipitur possessio: aliquando enim significat ipsam
 proprietatem, ac verum dominium, l. interd. 78. de V. S. l. si de vi 37. de
 Indic. l. possessionis C. de probat. aliquando etiam designat usucapionem
 l. deniq. 19. l. ait prator 23. §. 1. ex quibus causis maior. l. cum miles 30.
 ff. eodem l. si dolo malo 1. §. Scævola ait 15. Si is, qui test. lib. esse iustus l.
 si is qua pro emtore 15 ff. h. t. hoc verò loco nostrum vocabulum (u-
 sucapio) nihil aliud denotat per possessionem, quam usum, ut dictum
 est supra, tandem quoq. idem est cum detentione, sive insistentia
 alicujus rei, l. possessio 1. in pr. de acquir. possess. quemadmodum &
 hoc in loco accipitur: Unde autem dicta sit possessio variant auto-
 res; Quidam enim derivant à SEDIBUS, Alciat. & quos Gram-
 maticos refert 1. Disput. 1. & in l. tabernæ 183. de V. S. numer. 6.
 Giphani ad d. l. 3. num 1. de acquir. possess. Donell. 5. Comment.
 6. Bellon. lib. 4. supput. Jur. cap. 15. num. 3. Cont. lib. 1. Jur. Civil.
 cap. 9. Vacon. à Vacon. lib. 2. Declarat. Civil. Jur. cap. 34. num 4.
 Borchold. in comm. ad t. de acquir. possess. cap. 1. numer. 6. VVe-
 sembec. in parat. ibid. Obrecht. Disput. de possess. cap. 1. Vigilius
 ad §. 1. num. 20. Inst. de testam. ord. Mynsing. ad §. possidere n. 1.
 Inst. de interd. quidam à PEDIBUS Conan. lib. 3. comment.
 8. num. 1. Forcat. Dial. 37. num. 2. Petr. Gregor. in Syntagm. Jur.
 cap. 13. num. 7. lib. 40. VValth. lib. 2. Miscell. cap. 19. Gilken. in
 Tract. de præscript. P. 2. membr. 3. cap. 1. num. 3. Ast parum re-
 fert, siue derives à sedibus, siue à pedibus, Zas. in l. 1. de acquir.
 possess. quia utraq. lectio defendi potest, P. Frid. Mindan. de mat.
 poss. cap. 1. num. 5. Hac tamen à sedibus sono vocis congruentior
 est, Vigilius ad pr. Inst. de testam. num. 20.

(b) Id est, res in FACTO posita, l. 1. in pr. §. 1. & 4. l.
 possessionem 29. vers. quod est enim facti de acquir. vel amit. possess. l. ad
 hostibus 15. §. ult. & l. deniq. 19. ex quibus causis maior. l. quod dicitur 5.
 in pr. ibi in rerum detentionem. de impensis in res dotal. fact. l. 1. §.
 Scævola

Scævola 15. ibi quæ facti ff. qui testam. liber esse iuss. non verò in JURE,
ut vult post, Br. in d. l. 1. num. 6. de acquir. poss. Alexand. num. 17.
Cuman. num. 8. Jason. num. 36. Ripa num. 36. Covar. in cap. pos-
sess. 2. de R. I. in 6. num. 3. Andr. Glud. in Tract. de Iure sequest.
cap. 9. num. 7. Fulv. Constant. ad rubr. Inst. h. t. num. 1. Borcholt.
in d. Comm. cap. 7. num. 17. & seqq. Non enim heres in possessione
succedit, l. cum heredes 23. in pr. de acquir. possess. Nec captivus
jure post liminij possessionem recipit, §. si ab hostibus 5. Instit. quibus
modis Jus patr. potest. solvitur l. deniq. 19. ex quibus causis majores, videat-
atur. Donel. lib. 5. comm. lib. 6.

(c) l. possidere de acquir. possess. res enim incorporales proprie
nec tangi, nec detineri nec possideri possunt, l. servus 43. §. incorpo-
rales 1. de A. R. D. l. servitutum 14. l. quoties 20. de servitut. Duaren.
ad d. l. possideri 3. de A. R. D.

(d) Duo enim in solidum non possunt possidere, quoniam
contra naturam est, cum ut ego aliquid teneam, tu quoq. id tenere
videaris, non secus ac in quo ego sto aut sedeo, tu quoq. stare &
sedere velis, d. l. 3. §. ex contrario 5. de acquir. vel amitt. possess.

(e) Quia tales res, quæ extra commercium hominis sunt
positæ tam natura quam lege possidere prohibentur, l. qui universas
30. §. item quod male 3. de acquirend. poss. l. sed Celsus 6. in pr. de contra-
hend. emt. & l. inter stipulancem 83. §. 1. de V. G. sic etiam Br. defini-
tioni suæ adjicit, rei non prohibita: quia semperabilitas tam re-
rum quam personarum intelligenda & presupponenda est, Alciat.
in l. 1. §. 2. d. t. n. 25. Schneidvv. in §. possidere Instit. de interd.
num. 14. Turamin. d. l. cap. 7. num. 15. Cornel. à Renthel. de pos-
sess. quæst. 5.

(f) Hoc est, ut rei insistat tanquam suæ, Donell. d. l. 5.
cap. 6. & hæc est clausula illa notabilis, iustæq. possessionis vera
nota, qua uterq. includitur tam naturalis quam civilis possessor,
licet ille animum sibi retinendi non habeat, ut in usufructuario, ha-
bet tamen affectum retinendi vero Dominio, Donell. d. l. Haro

precht. num. 240. Inst. h. t. ad pr. Excluditur igitur omnis, qui non sibi possidet, ut est Colonus, Inquilinus, fructuarius, procurator amicus depositarius, commodarius & alij similes, de quibus in l. 33. de usucap. l. 15. §. 2. qui satisfacere coguntur l. 10. §. ult. de A. R. D. §. 4. vers. item placet Instit. per quas pers. cuiq. acquir. l. 38. §. 7. de V. O. De Emphyteuta & vasallo haecenus nihil dictum; commodè autem hinc queritur, an emphyteusis & feudum praescribi possit? quod affirmandum arbitror: ILLA quidem per l. competit 6. & ibi Br. C. de praescript. 30. vel 40. annor. l. cum in long. temp. 12. C. de praescript. long. tempor. l. 1. §. ex contrario 5. & ibi Br. Column. 1. vol. 2. vers. 7. contr. Dijnum. de acquir. possess. l. f. & ibi Br. C. de fund. patrim. l. omnes 4. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Clar. lib. 4. Sentent. §. Emphyteusis, Schurff. cons. 49. cent. 3. Joachim Scheplitz in suo Promptuario Iuristarum feudal. quam Civ. tit. 10. von Zinsgütern / in pr. num. 13. & seqq. HOC vero per §. si quis per triginta annos, si de feud. content. in usib. feud. lib. 2. tit. 25. verum ad talem praescriptionem non sufficiunt 10. vel 20. anni, ut in ceteris rebus incorporabilibus, sed strictè requiritur ad minimum spacium 30. vel 40. annorum: & quidem propter hanc rationem, quam dant Dd. communiter, quia rerum feudalium praescriptio longè durior est & majoris iudicij, quam rerum allodialium: vasallus enim Dominio ad multa obligatur. Haneton. lib. 2. feud. cap. 1. ad fin. Borcholdi in comm. de consuet. Feud. cap. 7. p. 3. num. 5. Requiritur autem singulariter in rebus Ecclesia & Reipublica spacium annorum 40. Novell. 130. cuius contrarium cum consuetudinibus feudalibus expressum non sit, ei omninò ad huc stamus, argum. cap. Orbertus un. de feud. cognit. tit. 1. lib. 2. feud. Ceterum ut haec praescriptio & ceterius & fortius locum habeat, tam Domino feudè quam vasallo observanda sunt tria: 1. ut fundus possideatur per 30. annos continuos, absq. interruptione, d. l. 26. §. si quis per 30. annos in usu. feud. 2. ut possideatur tanquam feudum, aut Emphyteusis, d. §. si quis 30. ibi rem aliquam ut feudum. Balb. hoc tract.

p. 5. 4. pr. quæst. 101. Vult. d. c. 9. num. 12. Borchold. cap. 7. p. 3.
num. 6. Hinc qui tanquam pignus possidet nihil efficit, 1. Quia
nemo causam possessionis mutare potest, l. 13. §. 19. de acquir. poss. l.
33. §. 1. b. t. l. 2. §. 1. Pro herede 2. Quia in mala fide est, quæ nun-
quam prodest, cap. ult. de præscript. 3. ut exhibeatur servitium;
d. §. si quis per 30. quod sufficit si semel præstiterit, Bald. in d. l. &
quos allegat: Roland. à valle conf. 7. num. 29. vol. 1. Rosenthal/
de Synops. Iur. feud. cap. 6. conclus. 141. Obrecht. d. 26. thes. 210.
Harprecht. ad pr. Inst. h. t. num. 27. & quos citat. De bona fide
an requiratur dubitat, Balb. 4. pr. quæst. 1. & quos alleg. Sed
malè; quod enim non possit deesse, indicat text. express. in cap. un.
an præscript. feud. acquir. lib. 2. feud. tit. 87.

(g) Possessionis enim duæ sunt species: Naturalis nimirum
& civilis, l. qui legatorum 2. §. quod vulgo 1. pro emtor. l. in hoc actu 3.
§. sciendum 15. ad exhibend. l. prætor. ait. 1. §. de jicitur 9. de vi & vi
armat. Hæc alioquin vocatur justa, illa injusta, l. 3. §. ex contra-
rio de acquir. poss. l. justa num. 2. & l. si duo 3. uti possidet l. 2. l. in solidum
19. de precar. sic etiam illam, appellamus possessionem malæ fidei;
hanc bonæ fidei; d. l. possidere 3. §. veletiam potest 22. de acquir. poss.
Anton. Math. ad l. 1. num. 24. h. t. Hakelman. d. 20. thes. 2. lit. D.
Donell. 5. comm. 7. Vvesembec. in parat. de acquir. possess. num.
3. Fachn. lib. 8. contr. cap. 5. & alij quos allegat, Harprecht. ad pr.
Inst. h. t. num. 242. Naturalis dicitur detentio, quæ non fit ani-
mo Domini, sed alia quadam sibi habendi ratione, l. stipulatio 38.
§. hæc quoq. 7. de V. O. l. si cum quis 26. de donat. inter vir. & uxor. l. si
servus 22. §. 1. is qui pign. 1. de noxat. act. l. quod uxor 16. de acquir. poss.
Civilis dicitur detentio, quæ fit cum animo & affectu Domini,
l. quæcumq. 13. §. interdum 1. inf. de publi. ian. action. l. 22. §. 1. de noxal.
action. l. 21. C. de furt. l. 3. §. 21. de acquir. poss. l. qui autore 137. de R. l.
l. 136. eod. Harum autem sola civilis quidem sufficit, quia qui hæc
utitur possidet animo domini, ac proinde bonæ fide, l. si alienares 10.
l. sine possessione 25. l. Celsus 27. ff. h. t. l. 1. §. per servum 17. de acquir.
possess. l. 1. C. communia de usucap. l. 22. de noxal. act. naturalis autem

sola non sufficit, l. penult. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Br. in l. e. de acquir. poss. num. 8. VVesembec. in addit. ad Schneidvv. hic in 5. requisit. num. 58. Covarruv. P. 2. relect. pr. num. 5. Quia Dominium non acquiritur, nisi voluntate acquirentis, qualem talis in se nullam habet; conjuncta cum naturali eo firmior & potentior est, Dd. hic uno sensu.

(h) Continuatio enim possessionis omnino est necessaria, §. diuina 7. Inst. h. t. l. sequitur 4. §. heres 15. l. pignori 13. §. si mandavero l. possessio 20. l. 25. l. nunquam 31. ff. h. t. l. 13. §. penult. de acquir. possess. l. 2. C. de prescript. long. tempor. l. nemo 10. C. de acquir. & retin. possess. & haec continuatio etiam cadit in heredem, d. §. diuina 7. l. possessio 20. l. nunquam 31. §. si defunctus 6. h. t. ex sola autem aequitate, l. de accessionibus 14. in pr. de divers. & tempor. prescript. Stricto enim jure non potest, l. heres 43. in pr. & l. qui univers. 31. §. quod per col. 5. ff. d. t. l. 23. eod. quia possessio est facti, l. 1. §. 1. & §. 4. de acquir. poss. sed quia heres defuncti personam representat, & ejusdem cum defuncto Juris censetur, l. heredem 59. de R. l. N. 48. in praefat. aequitas omnino postulat, suadere voluit, ut quod Jus defuncto competit, illud heredi non denegetur. Harpr. ad d. §. diuina 7. Inst. h. t. Haec etiam continuatio, quando extrema probantur, omnino quoque est praesumenda, cap. inter dilectos de fide Instrum. l. siue 16. C. de probat. & ibi Br. & Dd. communiter ad l. Celsus 27. h. t. Mynsing. dec. 2. resp. 19. numer. 23. qui enim olim possessor & ille hodie est praesumendus, donec detur alius, Br. & Dd. com. ad d. l. 16. C. de probat. imprimis cum possessio solo animo retinetur, l. 4. C. de acquir. poss. & animi mutatio non praesumatur, l. sancim. 27. C. de testam. cap. major. §. ult. Extr. de baptismo.

(i) Non enim simplex debet esse apprehensio, sed talis, qua prioris possessoris voluntate & occasione precedentis tituli facta sit: Requiritur autem in traditione duo, voluntas prioris possessoris & occasio precedentis tituli. Voluntas possessoris noscitur inde, quia res vel traditur verè, vel fictè, vel si saltem ali-

quod

quod signum voluntatis intervenit. Verè traditur, si prior possessor rem mobilem de manu in manum tradit, vel alterum in rei immobilis possessionem inducit, §. traditio 40. Inst. de R. D. l. traditio 20. in pr. de A. R. D. l. 3. de action. emti. fietè traditur, si ex turri fundum venditum prior possessor ostendat, vel si vino vendito claves cella tradat, Obrecht. hac Disput. Theorem. 242. §. interdum 48. Inst. de R. D. l. quæ ratione 9. §. interdum de A. R. D. l. clavib. 74. de contrahend. emtione. Signum autem voluntatis, intervenisse dicitur, si investitura intervenit, aut traditio Pireti, Cipionis, Annuli, &c. hoc enim signum eam vim habet, ut à priore possessore alteri intelligatur data licentia apprehendendi rem propriam auctoritate, ut Vult Cijnus. & Bald, in l. 1. C. de donat. quia hoc signum priorem possessorem id velle significat; occasio præcedentis tituli ideo observatur, ne fiat alia traditio, quam titulus secum tulit, si igitur præcessit titulus emtione, etiam traditio ex eo & nullo alio fieri debet, secundum Ulpian. in l. sed etsi res 7. §. si petenti 7. de publican. action. Obrecht elegantissimè hac Disput. theorem. 256. 257. 258.

(k) Non enim sufficit justa possessio, sed etiam per tempus certum continuata esse debet, Dd. omnes unanimiter de hac mat. quia interruptione tam naturali, quam civili interveniente, usucapio inchoata rumpitur, & à tempore interruptionis rursus inchoari debet, l. naturaliter s. h. t. Notandum autem hinc est, tempus in nostro Jure dupliciter computari, & NATURALITER de momento ad momentum, ita ut quem tempus illud, de quo queritur, præcisè implevisse, excessisse oporteat, cujus exemplum est in N. 25. l. majores de immunitat. l. si maritus 15. §. 6. in f. ad l. Juliam de adult. l. 3. §. 3. de minoribus l. 6. de O. & A. in l. 26. de tutoribus das. & CIVILITER, ita ut tempus certum, licet non in totum completum sufficiat: Quæ diversitas sola est à LL. licet, Accurs. in l. 3. §. minorem ff. de minoribus, favorem vult constituere: exempla sunt in l. 1. de manumiss. in l. qui filium 74. §. 1. in fn. ad

SCr. Tre-

S. Ct. Trebell. l. avunculus 34. de V. S. l. 5. qui testamenta facere possunt.
Sic etiam sumitur hoc loco, dies enim ceptus ultimus habetur pro
completo, l. in usucap. 15. de divers. & tempor. prescriptionibus. Ra-
tio est hac; quia non à momento ad momentum, sed totum diem
postremum computamus, l. in usucap. 6. h. t. Sumitur autem in hac
lege, ut & in toto Jure Civili momentum pro hora, quia alias
nemo omnium momentorum rationem subducere posset, l. 3. de
minoribus Govean. in lib. variar. Lectio. Cujac. ad l. 6. h. t. &
propterea in usucapione non ab hora ad horam, sed diem computa-
mus, ita ut si quis diem extremum attigerit, is usucepisse dicatur,
Vide leg. in usucapionibus 25. in pr. de divers. & temporal. prescrip-
tionibus l. avunculus 134. de V. S. Duaren. comm. cap. 4. ad hunc tit. Do-
nell. lib. 6. comm. cap. 19. Gædd. ad l. 2. §. 1. numer. 27. in f. Co-
nan. 3. comm. 12. num. 1. Bronchorst. cent. 4. assert. 8.

(l) Hoc enim Jure & ex lege 12. Tabl. rei immobilis erat
spacium unius anni; Rei vero immobilis biennium, ac sane in solo
saltem Italico, Ulpian. in Frag. lib. 20 de acquir. domin. §. usu-
capio 7. Cicer. in Topic. princ. Inst. h. t. l. un. C. de transform. usucap.
Duaren. in comm. h. t. cap. 4. Obrecht. hac Disput. theor. 165.
Boni enim patrisfamilias est, rerum mobilium quotannis inire
rationem, & secundo anno, quod desideratur, querere; rerum
vero immobilium singulis semestribus, ut ex Varrone refert Ob-
recht. d. l. Provincialia autem pradia sicut non erant mancipi,
nec in pleno possidentium dominio, Theoph. in §. per traditionem
Inst. de R. D. Ita nec usucapi poterant, VVesembec. in parat. h.
t. num. 11. Vide supra theorem. 3. lit. B.

(m) Hocq; est varium: Habetur enim I. TRIEN-
NALE, quo prescribuntur res mobiles, princ. Inst. h. t. in verbis
ut res immobiles, per triennium l. un. C. de transf. usucap. in verb.
ut si quis rem alienam mobilem. etiam Ecclesiastica, per Auth.
quas actiones C. de SS. Eccles. & ibi gloss. in verb. durantibus non tan-
tum de Jure civili, sed etiam Canonico, cap. jubemus penult. caus.
16. quest.

16. quest. 3. Speculat. in tit. de in integr. restitut. §. 1. vers. ut mirem
& ibi Canonistæ communiter. Hostiens. in summa de usucap. §.
quem non vers. quidem Angel. Aretin. in §. res fisci Inst. h. t. Balb.
1. P. 5. pr. num. 11. & quos allegat. Covarruv. in cap. possessor. P. 2.
relect. §. 2. numer. 5. Panormitan. ad Authen. C. de SS. Eccles. &
qui opinionem hanc communem dicit, Dijnus in cap. possessor n.
18. de R. I. & ad hanc prescriptionem bona fides, & cetera requi-
sita omnia sunt necessaria, d. pr. Inst. h. t. d. l. unic. C. de transf. usu-
cap. Schneidvv. d. l. numer. 1.

2. DECENNALE quo prescribuntur res immobiles, &
quidem interpretantes, §. 1. Inst. h. t. l. super longi 11. & l. cum in lon-
gi 12. C. de prescript. long. tempor. l. un. C. de transform. usucap. l. pre-
script. 7. C. quibus non obijcitur long. tempor. prescriptio. Diciturq; pra-
scriptio longi temporis, per tot. tit. C. de prescript. long. tempor. & Dd.
comm. tum ibid. tum in pr. Inst. h. t. Præsens autem dicitur, qui do-
micilium habet in eadem provincia, licet res alibi & extra pro-
vinciam sit posita, l. un. C. de usucap. transform. d. l. cum in longi fin.
C. de prescript. long. tempor. in verb. sancimus: turbatis hinc hodie
provinciarum limitibus vehementer Dd. controvertunt, qui præ-
sentes qui absentes? Omisissis autem variis Dd. opinionibus eos præ-
sentes nomino, qui sunt sub eadem præfectura, & qui eundem ha-
bent Judicem, ut rectè sentit gl. & Dd. in l. ult. C. de prescript. longi
tempor. Budæus in l. si aliam 7. de offic. præconsul. Obrecht. h. d.
th. 270. Conan. lib. 3. com. Jur. Civil. cap. 14. Foman. disput. 12.
thel. 7. lit. B. Sic etiam ille, qui in diversis præfecturis habet
domicilia, habetur ubiq; præsens, licet non ibi habitet, argument.
d. l. fin. C. de prescript. long. tempor. Livius ad pr. Inst. h. t. quo etiam
facit commune Doctorum argumentum, quod etiam in loco Do-
micilij actio in rem institui possit, l. ult. C. ubi in rem act. In illo au-
tem qui aliquot annis præsens, & quibusdam absens fuit, requi-
ritur, ut quantum absuit temporis, tantum completo decennio
præsens ad implendam usucapionem possideat, Auth. quod si qui-
busdam

¶

busdam

busdam C. de prescript. long. temp. N. 119. cap. 8. & ibi Cujac. in not. Balb. d. tract. 1. p. 4. quest. 2. 3. num. 27.

3. *VICENNALE* quo prescribuntur res immobiles contra absentes, d. pr. Inst. h. t. d. l. pen. & ult. C. de long. tempor. prescript. d. l. un. C. de trans usucap. Absens autem in Jure variè dicitur, de quo vide l. 173. §. 1. de V. S. & ibidem apprimè Gædd. in f. eum his dicimus, qui non in eadè provincia seu sub uno Judice, sed in diversis territoriis habitat, licet res usucapienda sit in uno, d. l. f. §. sancimus C. de prescript. long. tempor. & Dd. supr. alleg. Dicitur & hac prescriptio longi temporis, per d. t. t. C. de prescript. long. temp. Ceterum procedunt hac duæ prescriptiones non tantum in rebus corporalibus, verùm etiam in incorporalibus, ut servitutibus tam continuis quam discontinuis, ut supra de rebus satis est dictum. Quæritur hic etiam non discommode, quod nam tempus in usucapionibus intelligatur, an continuum an utile? Et Respon. continuum, nisi aliud lege vel statuto sit cautum, gl. in pr. Inst. h. t. super verb. triennium, & gl. super rubr. in fin. de divers. & temporal. prescript. per text. in l. nunquam 31. §. in usucapionibus & ibi gl. de usucap. Balb. in d. part. quest. 6. & ult.

4. *TRICENNALE*, quod digestis planè fuit incognitum gl. ni l. qui 30. ad L. Aquil. Schneidvv. all. log. num. 11. ante constitutionem enim Theodosij actiones erant perpetuæ; ita ut nisi usucapio coniuncta cum bona fide & titulo obtenderetur, res esset restituenda, l. si cui rem specialis 3. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Gothofred. in Rubr. d. l. lit. I. in not. Imò non notum tempore nostrarum Institutionum ut rectè monet. Johan. Fab. in pr. Inst. de usucap. n. 1. in f. sed demum Jure Codicis, quem hodiè habemus introductum, vide t. t. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Schneidvv. d. l. Prescribuntur verò hoc tempore 1. res immobiles & incorporales, etiam sine titulo & bonâ fide, adeò ut etiam res furtiva quæ aliàs non usucapitur, §. furtiva Inst. h. t. tum ab aliquo tertio, quàm ab ipso possessore & violento invasore prescribi queat: Quia tantum tem.

to tempore vitium purgatur & actio furti tollitur, l. super annali
1. §. ad hac cur nihil 1. C. de annal. except. l. omnes 4. l. si cui 3. l. cum no-
tissimi 7. C. h. t. & hoc ideo, quò negligentibus è maturius suum Jus
petant, cum Jura non dormientibus, sed vigilantibus subvenient, l. pupillus 24. in f. de hi qua in fraud. credit. Intelliges verò hac de Jure
Civili, secus autem de Jure Canonico, quo res furtiva nunquam
prescribitur, cap. f. Extr. eodem. 2. Omnes actiones tam reales,
quam personales & mixtae, §. quaedam 30. Inst. de Act. sive sint uni-
versales, sive generales sive singulares, de quibus gl. in l. 1. de edend.
d. l. si cui 3. & l. omnes 4. C. h. t. d. l. 1. §. 1. C. de annal. except. l. receptitia
actione 2. C. de constit. pecun. 3. Prescribuntur & multa alia, de
quibus consule, Dijn. in tract. de prescript. Rober. cap. 3. eod.
Balb. d. tract. 4. part. quæst. 1. & seqq. Tholosan. d. l. numer. 29.
Schneidvy. citat. pr. num. 14. 15. & 16.

5. **QUADRAGENNALE**, quo prescribuntur omnes a-
ctiones, quæ Ecclesiis & piis locis in rebus immobilibus, corporali-
bus & incorporalibus competunt, auth. quas Act. C. de SS. Eccles. cap.
de quarta 4. cap. ad aures 6. & c. illud 8. Extr. de prescript. Heigius part. 1.
quæst. 16. numer. 46. Balb. in Tract. de prescript. 1. P. 5. pr. in pr.
Covarruv. in cap. possessor. p. 2. relect. §. 2. numer. 3. de R. I. in 6.
Omnes item actiones, quæ 30. annorum curriculo non extinguun-
tur, l. cum notissimi 7. §. 1. l. fin. C. de prescript. 30. vel 40. l. 1. §. 1. in f.
C. de annal. except. Donell. lib. 5. Com. cap. ult. Zanger in Tract. de
except. p. 3. cap. 8. num. 64. Obrecht, Disp. hujus mat. thes. 230.
& seqq. Quod enim Justinianus in l. ult. C. de SS. Eccles. in gene-
re constituerat, ut contra Ecclesias nulla alia nisi centenaria præ-
scriptio curreret, hoc idem deinde in N. III. cap. 1. correxit & ex
causis ibidem propositis centenariam ad quadragenalem reduxit;
idem hoc statuitur in N. 131.

6. **CENTENALE**, quo gaudet & fruitur sola Romana
Ecclesia, l. ut inter divinum 23. juncta Auth. quas actiones C. de SS. Ec-
cles. Br. & Ial. cap. ad audientiam 13. cap. cum nobis 14. Extr. de prescr.
cap. nemo 17. cap. 16. quæst. 3. N. 9. Non levis hinc movetur contro-

versia, an hac N. 9. sit correcta, per N. 111. & 131. cap. 6. Arridet nobis Cujac. lib. 5. observ. 5. & Donell. lib. 5. Com. cap. 5. qui hoc affirmant: & quidem duplici ratione. 1. quia ubiq; eadem militat ratio in d. N. 111. quod scilicet propter centum annorum spacium multa retractentur negotia, qua cum nec testes, nec documenta amplius adsint, expediri & extricari nequeat: 2. Quia & quod magis est d. N. 9. Non tantum loquitur de Ecclesia Romana in specie sic dicta, sed de omnibus Ecclesiis occidentis, qua ferè tunc Romanam Ecclesiam agnoscebant: quod satis apparet in verbis, ex hac Universalis, item, si totius occidentis: Huicq; nihil obstat, quod ibi sit mentio sedis Apostoli Petri: quoniam hac sedes Ecclesiarum occidentalium fuit caput: Inprimis cum hac Novella videatur suspecta: quia forma Graeca in Basilicis non invenitur: Unde verè dixisse videtur Cujac. ex Suida: Hanc Novellam fraude fuisse extortam, corruptis scilicet quaestoribus sacri Palatii, à prisco œconomo Emesenorum Ecclesie: cui quoque accedit Duarenus in comm. prior. ad lit. D. de Usucap. & in post. com. cap. 1. Cisner. ad l. 1. de usucap. numer. 14. & Gilken de praescript. p. 1. cap. 1. num. 69. & seqq. Prescribuntur & hoc tempore solum res civitatis, per d. auth. quas action. & l. 23. C. de SS. Eccles. quia in his nihil immutatum, qua propter sic stare relinquitur, l. precipimus 32. §. quicquid 6. C. de appellat. Br. ad d. Auth. Donell. lib. 5. comm. cap. 31.

7. Et ultimò est IMMÉMORIALE, sive cujus memoria non extat, de qua est text. & gl. in cap. 1. de praescript. in 6. Et licet Dd. communiter nullum discrimen inter hoc & centenale agnoscere volunt, copiosè tamen hanc explicant, Diadacus Covarruv. in d. cap. poss. de R. I. in 6. part. 2. relect. §. 3. numer. 6. & Farinac. in tract. crim. tit. 5. quæst. 47. num. 119. & seqq. Hacq; prescriptio habetur loco tituli legitime constituti, l. hoc iur. 3. §. ductus aquæ de aq. quot & est. & habet vim privilegij, cap. super quibusdam 26. §. præterea Extr. de V. S. & spatium tanti temporis tantum potest, quan-

quantum Imperator, Anat. Hern. cap. 1. in verb. flumina quæ
sunt regalia in usu feud. Præscribuntur verò hoc tempore, regalitè
& Jura principi reservata, Dd. unanimiter per text. express. in cap.
super quibusdam 26. §. præterea Extr. de V. S. Retsabschied zu Aug-
spurg/de anno 1548 pag. 10. §. vnd soll vnser & §. vnd wenn auch ein
Ausgezogener / ibi, das er in Menschengedenckniß / & pag. seqq. §.
wo aber innerhalb Menschen gedencen / etiam sine patientia &
scientia Imperatoris: quia hæc præscriptio vim privilegij à prin-
cipe concessi obtinet, d. cap. super quibusdam 26. §. præterea Extr. de
V. S. Panorm. in cap. cum non liceat 12. Extr. præscript. Alexand.
consil. 6. vol. 1. Roland. à Valle cons. 3. num. 82 lib. 1. Mynsinger.
cent. 5. observ. 29. Gail. lib. 1. observ. 21. num. 15. & lib. 1. de pac.
publ. cap. 6. num. 12. Bocet. in Tract. de Regal. numer. 45. cap. 4.
Vult. lib. 1. de feud. cap. 9. num. 21. Rosenthal. in Synops. Jur. feud.
cap. 5. conclus. 14. Hæc de Jure Civili & Canonico: Secus au-
tem de Jure Saxonico: Non enim simplici, sed mixto utuntur
Jure Saxones: Etenim in illis, quæ alias sunt Juris Civilis & Ca-
nonici, duas species mutaverunt, quibus propriè, hoc est, decreti-
vè, sive inductivè in judicando utuntur. Prima est ANNALIS;
quæ constat uno anno, sex septimanis & tribus diebus atq; vulgò di-
citur, im Jahr vnd Tag / Spectat hæc præscriptio res mobiles, si-
ve se moventes, exceptis rebus hereditariis, Land R. lib. 1. Artic.
28. & lib. 2. art. 44. in pr. cum suis not. Weichb. artic. 4. in verb.
Jahr vnd Tag / ubi etiam habetur, quantum spacij contineat
annus & dies, item res utensiles petendas, expeditorias & vi-
ctuales, Gerade/heergerette vnd Mustheil / d. artic. 28. Altera
est TRICENNALIS, quæ constat annis 31. sex septimanis &
tribus diebus Land R. lib. 1. artic. 29. junct. gl. & lib. 2. art. 38. &
ibi gl. Weichb. art. 4. super verb. Jahr vnd Tag / qua præscri-
buntur res immobiles indistinctè tam inter presentes quam ab-
sentes, Land R. art. 29. lib. 1. & gl. ibid. Item Jura & servitutes
tam continuas quam discontinuas, Hieron. Schurff. in Conf.

32. & 79. cent. 1. *exceptis tamen rebus Ecclesiasticis, Xenodochiis & aliis piis causis, N. Elect. Augusti p. 2. Const. 5 Land R. lib. 1. artic. 29. S. da der Sachß / item rebus principi reservatis: in his enim consentiunt cum Jure communi, quod requiritur tempus immemorabile, Land R. lib. 1. art. 29. S. des Reichs Schatz Cammer kan sich nimmer verschweigen / Item, rebus fisco delatis Land R. d. 1. In ceteris vero casibus, qui non sunt comprehensi in his duabus speciebus, sequuntur Jus commune, d. N. Elect. Aug. p. 2. cap. 5. Zobel. P. 2. diff. 1. 2. 3. & 4. Fachl. diff. 11. Schurff / 1. conf. 69. num. 56. VVesembec. conf. 42. num. 35. Schneidvv. in pr. usucap. num. 53. requisit. 5. Inst.*

THESES. XII.

Usucapionis FINIS (a) est bonum Publicum. (b) quod conspicitur in sublata incertitudine Dominiorum (c) & finitione litium sive discordiarum. (d) EFFECTUS Pleni dominij acquisitio, (e) illud autem quod destruit dicitur INTERRUPTIO (f) quæ est vel naturalis (g) vel civilis. (h)

(a) *Ut qui nequaquam silentio prætereundus, à Scaligero dicitur perfectio exercit. 254. quia à fine omnia denominantur, cap. qualis in pr. distinct. 25. & cap. commissa in pr. de Elect. in 6. l. rem non novam C. de Judic. & omnis ab eo dispositio ampliatur & restringitur, Socin. conf. 166. num. 21. vol. 2. utpote qui principalem intentionem significat, Decius conf. 131. num. 4. & à quo actus agentium judicantur, l. si quis nec causam in pr. de rebus cred. l. rogasti in pr. ff. eod. l. qui exceptionem in pr. de adil. edit.*

(b) *Sic enim loquitur, Gajus in l. 1. ff. h. t. Bono publico introducta est usucapio.*

(c) *Efficit enim dominiorum certitudinem usucapio, d. l. 1. h. t. & pr. Inst. eod. Tolle enim usucapionem, & futurum est, ut ne quisquã quid quod diutissime possederit, suũ audiat affirmare, Cujac. ad d. l. 1. in verb. ne scilicet & in parat. C. pro empt. VVesembec.*

semb. in paratit. h. t. n. 13. Hotom. d. pr. Inst. enunc. 3. & possessores
amittendarum rerum metu perpetuo torquerentur l. cum notissimi
Juris 7. C. de prescript. 30. vel 40. annor.

(d) l. usucapio in pr. ff. pro suo, nisi enim lex certo tempore proprie-
tatem possidenti acquiri vellet, certè innumeras lites oriri necesse
esset, presertim in tanta probandi dominij difficultate, VVe-
semb. in parat. h. t. n. 13. Vult. Inst. h. t. n. 41. discordia verò
qm. perniciosa res sit, palàm est: per eam enim omnia & maxima
dilabuntur, Salust. de bell. Jugurthin. & quemadmodum omne
bonum concordia cognatum: Sic etiam omne malum ex dissidio
oritur, Plutarch. in lib. de Homer. Donell. lib. 5. Comm. 30.
Sic lite carere, pars vitæ mortalis minima non est, ait Martial.
lib. Epigr. 10: epigr. 47. & ex eo Obrecht, hac disput. th. 301.
Rectè ergò Cajus in d. l. 1. quando ait: Usucapio bono publico intro-
ducta est: Rectius Neratius in l. 5. ff. pro suo qn. proclamat: Usuca-
pio est finis litium, Rectissimè verò Cicero in Orat. pro Cæcinn.
quando vocat Usucapionem finem sollicitudinis & periculi litium.
Obrecht. d. thes. 298, 299, & 300. Neminem hinc
opinor tam injuriosum, ut usucapionem iniquitatis accusare pos-
sit. Licet enim rem suam alteri auferre primo intuitu inju-
riam aliquam in se habere videatur; major tamen ratio est ha-
benda publicæ tranquillitatis & certitudinis dominiorum, quam
singulorum privatæ utilitatis: auth. res qua. C. comm. de legat.
& sic meritò quamvis cū aliquo incommodo privatorum res suas
negligentiam, & quodammodo pro derelicto habentiū, usucapio-
nes introductæ sunt l. 2. C. de quadrienn. prescript. Auth. res qua. C. comm.
de legat l. ult. ubi Jas. & D. d. C. si contr. Jus & utilit. Publ. & in l. 2. C. de
precio Imp. offer. Facit, quod ex justa causa dominiam privatis pos-
sit auferri, exempl. l. 2. de his qui sunt sui vel Alien. jur. d. i. ff. & Inst ad l. Fal-
cid. l. 15. §. 2. d. R. V. l. 1. d. evicti: Sed hic triplex datur causa justa: 1. Bo-
num publicum, quod privato est preferendum, l. 1. solut. matr. & ut
mox dictum, salusq. populi suprema lex esto. Cic. lib. 2. de L. L. confer

N: 39:



N 39. c. 1. 2. Damni pensatio pari & majori commodo: potest enim is contra quem usucapitur, habere res alias, de quarum dominio aequè certus expetat: quod aliàs non observatur. 3. Negligentia Domini, cujus culpa damnum contigit, quod vitare potuit: Praestituta enim ipsi tempora, intra quae, dum non advocat, alienasse videtur. l. alienationis 28. de V. S. Nam & aliàs diutina patientia pro consensu est l. qui in aliena 6. §. sed etsi 3. de acquir. hered. Non igitur omninò transit dominium sine factò prioris possess. nã factum adest negligentia, seu tacita approbatio. Conan: 1. comm. 7. n. 7. & 3. com. 11. n. 1. hinc memoria dignum prodidit Gell. lib 4. no. Attic. 12. apud Romanos censoria nota punitos fuisse, qui indiligenter agros colerent, vineasq; paterentur sordescere, Vide Vacon. lib. 1. declar. 28. Conan. d. l. 1. c. 7. n. 3. & 3. Comm. 11. P. Gregor. Tholos 40. Syntag. Jur. c. 11. Pinel. in Auth. nisi tricennale. C. de bon. matern. n. 40. Gilken. de praescript. p. 1. c. 1. Vult. Inst. h. t. n. 2. & n. 41. Heig. p. 1. q. 16. Bronch. 4. aff. 2. Donell lib. 5. comm. 30. Schneidvv. ad pr. Inst. n. 11. Impleta ergò usucapione, salva conscientia ille, qui leges dominum fecerunt, rem retinere potest, Menoch. lib. 1. arbr. q. 49. n. 6. Vasq. lib. 1. de success. resolut. n. 22. Covarr. in c. possessor malafidei p. 3. q. 1. Bronchorst. cent. 4. aff. 7. Et hoc adeò, ut quemadmodum iudex pro officio, quamvis pars super praescriptione cognoscere non petat, reum absolvere possit, modò ex actis manifestè id constat. Panormit. in c. ad aures ext. de praescript. Myns. cent. 1. obs. 38. Novell. Elect. August. p. 1. c. 25. Ita etiam is contra quem praescribitur exceptionem ignorantiae nequaquam objicere potest, multò minus restitutionem in integrum petere, l. un. C. de usucap. transform. l. un. C. de praescript. long. temp. l. 3. & 4. C. de praescript. 30. vel 40. annor. l. ult. C. d. fund. patrim. Novell. Elect. August. p. 2. constit. 9. ibiq; Daniel Moller. Cravet. in Tract. de antiq. tempor. p. 4. §. materia n. 71. Pinel. 15. auth. nisi C. de bon. matr. n. 13 & seqq. Fr. Sarmient. 2. select. interpr. 10. V. Vefemb. de integ. restit. Fach. lib. 1. controvers. 49. & quos allegat. Robert. Disp. 9. th. 11. Harpr. ad §. ult. n. 14. & 13. & seqq. Inst. h. t.

(e) Et

(e) Et quidem ejusmodi, ut & princeps illud nobis auferre ne-
queat, §. fin. Instit. de his qui sui vel. al. jur. nisi alia ex gravi causa,
l. traditionib. 20. C. de pactis, l. nec utilem actionem 20. ex quib. caus. major. l.
Julianus 17. inf. de R. V. l. acquiruntur 10. §. non solum 2. de A. R. D. l. qui
feudum 7. §. ult. pro emtor. l. 1. §. ult. de publ. in rem act. l. un. C. de usuc. transf.
l. ult. C. de edict. D. Hadr. tollend. l. omnes 4. C. de prescript. 30. vel 40. annor.
pr. Inst. h. t. nominatur enim modus acquirendi dominium, §. ult. Inst.
de usu & habitat. l. si ut certo 5. §. si duobus 15. ff. commodati. Covar. in d. c. pos-
sessor. part. 3. relect. in pr. n. 2. de R. J. in 6. Pinell. in auth. nisi tricen-
nale 36. & seqq. C. de bon. mater. Coraf. lib. 6. miscell. c. 20. Duar.
in Comm. ad h. t. c. 5. Gregor. lib. 40. Syntag. Jur. 1. n. 8. Parlad. 1.
quotid. 1. §. 2. Vasq. lib. 2. Controvers. illustr. c. 54. Giphon. lib. 2.
disp. 11. th. 8. Donell. lib. 1. Comm. cap. 29. Gilken. in Tr. de Usuc.
cap. part. 3. c. 3. & plures quos allegat. Hinc usucapiens non tan-
tum exceptionem adversus agentem habet, l. venditioni 4. C. Usucap.
pro emtor. l. 1. C. de usucap. pro donat. sed etiam completam usucapio-
ne, ad possessionis amissa recuperationem contra quemcumq. rei
vindicationem directam instituere potest, l. pen. 1. in pr. C. de prescript.
30. vel 40. annor. l. 1. de publ. in rem. act. Doneil. lib. 5. comm. cap. 29.
Relegamus ergo a nobis quam longissimè opinionem, Bartoli in
l. si quis 17. §. differentia n. 5. & 6. Bald. ibid. Alciat. n. 10. Alex. n. 6.
de acquir. vel amitt. possess. Costal. ad l. si ager vectigal. Petr. Gre-
gor. in Synt. Jur. lib. 1. cap. 2. Myns. Belion. Kling. Heig. & alij ad
rubr. Inst. de R. D. qui putant utile quidem acquiri, non v. dire-
ctum: cum tamen ignota prorsus sit legibus hac distinctio, ut pote
à glossographis efficta, Först. lib. 2. de success. ab intest. promanans
ex fecibus posterioris seculi. Vult. in pr. Inst. de R. D. ex usu feudo-
rum in vulgus translata, confundens naturam & divisionem Do-
minij, subvertens differentiam generis & totius, Bodin. dist. Jur.
p. 36. Turpe ergo sine LL. loqui N. 13. c. 5. unicū n. dūt axat est domi-
niū, rerū scil. corporaliū & incorporalium; Vide Duar. lib. 1. disp.
annivers. c. 17. Cujac. 11. obs. 35. Giphon: in elegantisuo Comm:
disp. divers. Jur. th. 35. & quos allegat Donell. lib. 9. Com; c. 14. Bor-
chold,

H

chold,



chold. disp. feud. c. 1. n. 15. & D d. multi quos allegat Harpr. ad p.
Inst. n. 40. & 41. & seqq. d. R. D. (f) l. super annal. 11. §. ad hoc 1.
in med. l. ut perfectus 2. l. si ex multis 3. C. d. annal. except. l. 2. C. d. pre-
script. 30. vel 40. annor. Vocatur etiam aliqu. usurpatio l. usurpatio 2.
& l. naturaliter 5. h. t. Item interpellatio l. non solum 33. §. qui pignori
rem 4. ff. h. t. l. 1. C. d. prescript. long. temp. l. 10. C. de acquir. poss.
Est actus usurpatio, quo coepta usucapionis continuatio inter-
pellatur, & quasi in nihilum redigitur. l. nemo 10. C. d. acquir. poss.
VVesemb. in Paral. de usucap. n. 15. Hatprecht. ad §. ult. Inst. h. t.
n. 27. Donell. lib. 5. Comm. c. 21. (g) Br. in l. naturaliter h. t. gl. in l.
cum notissimi 7. §. pen. verb. in nominata C. de prescript. 30. vel 40. annor.
Felin. & Canonistæ in c. illud de prescript. VVesemb. in Par. d. l.
n. 15. Duar. ad h. t. c. 7. & 8. Conan. lib. 3. Com. c. 14. n. 1. & 7. Gre-
gor. Tholos. in synt. jur. l. 40. c. 16. n. 5. Zanger in tr. de except.
part. 5. c. 8. n. 52. Obrecht d. disput. 26. th. 382. & disput. 27. th. 317.
Et est interruptio naturalis quando possessio naturaliter, h. e. aliquo
naturali facto vel re ipsa intervertitur, l. qui universitas §. 1. de acq. poss. l.
ult. C. eod. Br. in d. l. naturalis §. ff. h. t. Felin. post Panorm. in d. c. illud ext.
de prescript. aut quando possessori res mobilis aufertur, res immobi-
lis occupatur. d. l. naturaliter ff. h. t. l. 3. §. Nerva §. Labeo & §. Si rem 18. l.
rem. 15. & l. qui universas 30. §. item quod mari 3. de acquir. vel amitt. possess.
aut cum possessor ab hostibus capitur, l. si is qui pro emptore h. t. & ca-
pitivitate possidere desinit, l. cum heredes 23. §. 1. l. qui universas 30. §. 3.
de acquir. vel amitt. possess.

(h) Quae est interruptio possessionem subtilitate sive fictione
& autoritate Juris (puta per litis contestationem) intervertens, sicq.
usucapionem resolvens, l. nemo 10. C. de acquir. possess. l. 2. C. de annal.
except. & hoc de Jure Novo. Olim quidem litis contestatio usucapio-
nem non interrompebat, l. 2. §. ff. pro emptore, quae tamen omnia
correcta invenies, in l. un. C. de transform. usucap. l. 3. l. cum notissimi 7.
C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. 2. C. de annal. except. Nov. 119. c. 7. Auth.
male C. de long. tempor. prescript. plura qui vult, legat Duar. ad h. t.
c. 6. 7. & 8. Cujac. ad l. naturaliter §. ff. h. t. P. Gregor. Tholos. lib. 40.
c. 71.

c. 71. n. 67. Zanger de except. p. 3. c. 8. n. 52. Charaond. 3. verisim. 6.
Cifner. in l. 1. h. t. n. 22. Balb. in h. tr. part. 3. 6. pr. n. 37. & 40. VVe-
semb. in parat. h. t. n. 15. Obrecht. h. disp. th. 4. 10. cum seqq. Æmilius
Ferrat. ad l. 3. ff. h. t. n. 51. & seqq. Vult Inst. h. t. n. pen. Modest. Pist.
p. 2. q. 99. & p. 4. q. 147. Harpr. ad §. ult. Inst. h. t. n. 31. & alios
qui de usucapione scripserunt.

SOLI DEO GLORIA SEMPER.



P A R E R G A

I.

Si dominus in proprio fundo, pecora omnis generis præter
oves, hætenus paverit unâ cum vicinis, qui longissimo
tempore pascendi Jure in eodem fundo simul usi sunt,
quæritur, si jam unâ cum pecoribus, & eo pastum agere
vellet suas oves an hoc ipsi non obstante longissimi tem-
poris præscriptione, sit licitum? Affirmativa Juris ratio
astipulatur, quam & nos tuebimur!

II.

An Collecta à Vasallo, vel Emphyteuta, bona fide, & uni-
formiter longissimo tempore Domino prestita, in gran-
diorem mutari, & sic ei, cæteris præteritis, major im-
poni possit? Rectè Negamus

III.

An qui alterius bona cum armis invadit, & fructus absente
Domino demeti, & evehi curat, injuriarum, & damni
dati, conveniri possit, licet postea fructus demissos resti-
tuerit? Respondemus quod sic;

Errata

Sphalmata sic corrigantur

In thesi 1. litera f. linea 7. pro Gracas lege Gracos. lin. 32. t. t. thes. 2. lit. 2. lin. 24 cap. 1. lit. b. lin. 10. fol. 383. l. t. c. ln. 3. recte th. 3. lit. b. lin. 8. rescriptis 9. lin. 9. l. 1. C. de annal. except. lit. c. lin. 15. vers. & hoc th. 4. lit. a. lin. 6. dele Non. lit. b. lin. 2. agitur. lin. 6. in l. pignori 13. ff. de usucap. in l. Ne credit. 10. C. lin. ultima l. 40. c. 3. n. 2. lit. c. l. n. 16. par. furiosus 3. lin. 27. comm. 22. lin. 34. par. eum. thes. 5. lit. a. lin. 4. B. & C. lit. d. lin. 1. institoribus. lit. g. lin. 1. a quibus n. lin. 12. quod cuiusq; lit. h. lin. 7. l. quamvis 32. lin. 10. dele & fin. lin. 20 & 21. Donell. l. 5. comm. c. 11. lin. 23. pac. c. 6. lit. i. lin. 7. d. par. 3. lin. 12. l. si hered. 32. th. 6. lit. d. lin. 4. si a te. lin. 19. veri. sanè enim. th. 7. lit. c. lin. 1. & 2. servum fugitivum. lit. e. lin. 2. in l. præscriptio th. 8. lit. d. lin. 1. in quibus lin. 5. item. lit. e. lin. 5. furt & serv. lin. 18. serv. corr. lin. 19. l. si aliena res 10. lin. 41. l. 4. par. lana 9. lin. 59. ex furtiv. lit. f. lin. 3. l. quod vi possessum lit. g. lin. 1. l. quod contra 8. lin. 2. l. plebiscito 18. th. 19. lit. b. lin. 3. fundum 16. lin. 14. tutores 22. lit. d. lin. 4. est in cognitum lin. 49. q. 2. eadem lin. Celsus 27. lin. 59. d. lib. lin. 62. obs. 30. n. 20. lin. 93. lib. 2. obs. th. 10. lit. b. lin. 4. l. apud antiquos lin. 5. C. de furtis Vult lit. c. l. n. 46. pro suo lin. 56. è contrario lin. 59. l. vitia 11. C. lit. f. lin. 9. Aristo lit. g. lin. 20. usucap. pro derelict. lin. 33.

Virgilio,


Reliqua leviora sua sponte legens observabit.



X2615935

Von







DISPUTATIO IURIDICA

De
Usucapionibus five

longi temporis præscri-
ptionibus.

Quam

DEO ter optimo, ter maximo Directore

CONSENSU

Amplissima Juridica Facultatis

SUB PRÆSIDIO

WILHELMI SCHMUCK,

Philos. & I. U. D. Prof. publ.

Publicæ disquisitioni subijcit

MARCUS Weiff Junior Coburgo Francus.

Ad diem VI. Februarij.

In auditorio Petrino



L I P S I Æ

EXCUDEBAT JOHANN Glück.

M. DC. XXII.

17 16

1622, 7

Handwritten signature

